

Prime editionis in porphyrii.

Antij Danilij Severini Boetij viri clarissimi in Porphyrii phenicis Isagogen a Victori no translataz commentariorum editio prima.



Iamatis

Iam tempore i aurelie motibus concesseram atqz ibi tunc cu uiolentior auster eiecisset noctis placida atqz erturbasset quiete. recedere libitum est ea que doctissimi uiri ad illuminandas quodammodo acies intellectus densitate caliginantissimas quibusdam quasi introductoris comentariis ediderunt: ei vero rei fabius initium fecit. Qui cum me lectulo recumbentem: et quedam super eisdem rebus cogitantem meditantemqz vidisset: hortatus est: ut quod sepe eram pollicitus: aliqua illi eius rei traderem disciplinam. Complacitum est igitur: quoniam tunc familiarium salutationes: et domestica negocia cessabant. Interrogat ergo a me super quibus vellet rebus enodare atqz expedire: tunc fabius. Quoniam inquit tempus ad studia vacat: et hoc otium in honestum negocium conuertere licet: rogo ut mihi explices id quod Victorinus orator sui temporis ferme doctissimus porphyrium. per Isagogen. i. per introductionem in Aristotelis categorias dicitur transfuisse. Et primum didascalicis quibusdam me imbue: quibus expositores vel etiam comentatores: ut discipulorum animos docilitate quadam assuescant: utuntur. Tum ego. Sex omnino inquam magistri in omni expositione prelibant. Predocent enim que sit cuius cuius operis intentio: quod apud illos σιηοτιδσ uocatur. Que utilitas quod a grecis χρησιμδν appellatur. Qui ordo quod greci vocant τειν. Si eius cuius esse opus dicitur: germanus propriusqz liber est: quod γνησιδν interpretari solet. Que sit eius operis inscriptio: quod ετι γραφει greci nominant. In hoc quod intentione cuius libri insolenter interpretarentur: de inscriptione quoque operis apud quosdam minus callentes hesitatum est. Sextum est id dicere ad quam partem philosophie cuiuscunqz libri ducatur intentio: quod greca oratione dicitur εις ποιδον μερδσ φιλοσοφιασ αναγειτασ. Hec ergo omnia in quolibet philosophie libro queri conuenit: atqz expediri. Tunc fabius que est introductionis intentio interrogauit. Et ego inquam Aristoteles: quod factus est introductionis pons: non aliter intelligi potest: nisi ipsas res de quibus disputaturus est: ad intelligentiam preparemus. Videns enim porphyrius quod in rebus omnibus essent quedam prima natura: ex quibus omnia velut ex aliquo fonte manarent: et illa que prima essent: et subsistentia esse: et generis vocabulo nuncupari. Porro autem nunquam genus vni speciei genus esse posset: sed pluribus. Plures autem species non posse esse multiplices: nisi eas aliqua discretio separet. Si enim nihil sibi dissimiles forent: vna species non multiplices viderentur. Illa igitur diuisio et dissimilitudo specierum differentie nomine vocatur: Omnia vero que aliqua re differunt: fieri aliter non potest: nisi quibusdam propriis solitariisqz naturis insignita sint. Atqz hec hactenus. Videns ergo quod omnia

omnium disparilitas in gemina rerum principia secaret. Si scilicet substantia atqz accidens: ita ut neque accis sine substantia: neque sine accidente substantia esse possit. Accidens quippe sine aliquo substantie fundamento esse non potest. Substantia vero ipsa sine superiecto accidente uideri nullo modo potest. Ut enim color sit quod est accidens: in corpore erit: quod est substantia. Porro autem cum corpus. i. substantiam uideris: insignitam eam accipite. i. aliquo colore respicies. Itaque fit: ut neque substantia preter accidens sit: neque accidens a substantia relinquantur. Tibi enim substantia fuit: mox accidens consecutum est. Speculatus igitur porphyrius in his duabus rebus id est accidente et substantia: genera: species: propria. differentiaque uel sari: quod ipsa per se sint genera subiectis: et subiacentibus speciebus: que differentis et propriis insignite sunt: statuit principaliter de genere: specie: differentia: propriisqz tractare. Et quoniam tractatus hic in definitionibus: ut post docebimus proderit. Si quis autem in definitione generali ponat accidens: eum non recte definire manifestus est: quod suo loco tractabitur: statuit pauca de accidentibus prelibare. Ita enim nos prudentissimus doctor instituit: ut tunc in definitionibus quibuslibet plenam scientiam queamus accipere: cum quod proficit dictum sit: et quod non sit utile: segregetur. Hec igitur huius operis intentio est de genere: specie: differentis: propriis accidentibusqz tractare. Hic fabius: Expedisti inquit de intentione. nunc utilitatem explica. Varia inquam et multiplex in hoc opere commoditas utilitasque versatur. Primum enim in Aristotelis categorias perquam uberrime prodest. Quid autem potest dicemus: cum de eius libri inscriptione tractabimus. Sed in quibus aliis proficit paucis philosophie ipsius diuisione facta perstringam. Et prius quid sit ipsa philosophia considerandum est. Est enim philosophia amor: et studium et amicitia quodammodo sapientie uero non huius que in artibus quibusdam et in aliqua fabrili scientia notitiaque versatur: sed illius sapientie: que nullius indigens: uiuax mens: et sola rerum primeua ratio est. Est autem hic amor sapientie intelligentis animi ab illa pura sapientia illuminatio et quodammodo ad seipsam retractio: atqz ad uocatio ut videatur studium sapientie eque studium diuinitatis et pure mentis illius amicitia. Hec igitur sapientia cuncto equidem animarum generi meritum sue diuinitatis imponit: et ad propriam nature uim puritatemque reducit. Hinc nascitur speculationum cogitationumque ueritas: et sancta puraque actuum castimonia. Que res in ipsius philosophie diuisione sectionemque conuertitur. Est enim philosophia genus: species uero due una que rhetorice dicitur: altera que practica. i. speculatiua et actiua. Erunt autem et tot speculatiue philosophie species: quot sunt res in quibus iuste speculatio consideratōis habetur: quotque actuum diuersitates: tot species uarietatesque uirtutum. Est igitur theoretica. i. contemplatiue uel speculatiue triplex diuersitas. atqz ipsa pars philosophie in tres species diuiditur. Est enim theoretica pars una de intellectibilibus. alia de intelligibilibus alia de naturalibus. Tunc interpellauit fabius: miratusque est quod hoc noui sermonis esset: quod unam speculatiue partem intellectibilem nominassem. Illota inquam quoniam latino sermone nunquam dictus reperi: intellectibilia ego met mea uerbi compositione uocaui. Est enim intellectibile quod unum atqz idem per se in propria semp

Prime editionis In porph. li. i.

diuinitate consistens: nullis vnq̄ sensibus sed sola mē
 te intellectusq̄ capitur. Que res ad speculationes dei
 atq̄ ad animi incorporeitatem considerationemq̄
 vere philosophie indagacione compōitur. Quas par
 tem greci theologiam nominant. Secunda vō pars
 est intelligibilis: que primam intellectibile cogitatio
 ne atq̄ intelligentia comprehendit: que sunt omniū
 celestium superne diuinitatis operū: et quicquid sub
 lunari globo beatiore animo atq̄ puriore substantia
 valet: et postremo humanarum animatum: que oīa
 cum prioris illius intellectibilis substantie fuissent: cor
 porum tactu ab intellectibilibus ad intelligibilia de
 generarunt vt non magis ipsa intelligentur: quam
 intelligant: et intelligentie puritate tunc beatiore
 sunt: quotiens sese intellectibilibus applicarint. Ter
 tia theoretice species est: que circa corpora atq̄ eorū
 scientiam cognitionemq̄ versatur: que est physio
 gia. que naturas corporum passionesq̄ declarat: Se
 cunda vero intelligibilium substantia merito in me
 dio collocata est: quod habeat: et corporum animatio
 nem: et quodammodo viuificationem: et intellectibi
 lium considerationem cogitationemq̄: vt dictum est
 Practice vero philosophie: quam actiuam superi
 dici demonstratum est. huius quoq̄ triplex est di
 uisio. Est enim prima que sui curam gerens cunctis
 sese erigit exornat augetq̄ virtutibus. Nihil in vi
 ta admittens: quo non gaudeat: nihil faciens pe
 nitendum Secunda vero est que reipublice curas su
 sciens cunctorum saluti sue prouidentie sollertia et
 iustitie libra: et fortitudinis stabilitate: et temperā
 tie patientia medetur. Tertia vō que familiaris offi
 cium mediocri componens dispositione distribuit.
 Sunt harum etiam alie subdiuisiones: q̄s nunc p̄se
 qui supercedendus est. Ad hec igitur vt fieri possint
 et vt superiora intelligi queant: necessarius maxime
 vberimusq̄ fructus est artis eius quas greci λογική
 nos rationales possumus dicere: q̄d recta oratio
 nis ratione quid verum. quidq̄ decens sit: nullo er
 roris fluxu diuerticuloue fallatur. Quam quidem ar
 tem quidam partem philosophie: quidā non partes
 sed ferramentum et quodammodo supellectiles: iudi
 carunt. Qua autem id vtriq̄ impulsu ratione credi
 derint: alio erit in opere commemorandum. hec au
 tem generis: speciei: differentie: proprii: atq̄ acciden
 tis disputatio in omni nobis philosophie cognitiōe
 quasi quandam viam parat. Nam cum quid genus sit
 docemur: quid species intelligimus genus esse philo
 sophiam: species vero indubitanter theoreticē et pra
 cticem. i. speculatiuam et actiuam: de logica vero vtrū
 sit species: eadem hac possumus ratione perpendere
 Prodest nobis differentie cognitio ad ipsarum phi
 losophie specierum differentias cognoscēdas. Pro
 dest proprii scientia ad cognoscendum quid vnicuiq̄
 philosophie speciei solitaria natura videatur ac sub
 stantie innatum. Prodest accidentis cognitio. quid
 principaliter in rebus sit cernere: et quid secundo pro
 prio contingentiq̄ loco conueniat discernere. Ita no
 bis harum quinq̄ rerum scientia: ramosa quadam
 et multiformi vi in omnes sese philosophie partes in
 fundit. Ad grammaticam vero non minor huius rei
 usus est: quando per orationem gen^o: octo vero par
 tes orationis per genera: species: differentias: p̄pria
 q̄ metimur. Est vero huius rei perquam rhetori
 ce amica coniunctaq̄ cognitio. Ita enim rhetorica
 in tribus causarum possumus separare generibus: et

eas in subiectis constitutiōibus dissectare. Definitio
 num quoq̄ que ad logicam pertinet magna atq̄ vti
 lis vberimusq̄ cognitio est. Quas definitiones: nisi
 per genera: proprietatesq̄ tractaueris. nullus vnq̄
 definitionibus terminus imponetur. Nam si quid def
 inis: ex quo sit genere primum tibi dicendum est: at
 q̄ in hoc genus species que consummata sit. Nam cuiuscū
 q̄ rei gen^o dixeris: ad quā rem illud dixeris: sp̄m fa
 cis. Ut si qd sit hō definias: dicas hominē eē animal.
 Igitur quoniam ad hominem aptasti animal: genus
 eē animal et hoies sp̄s: a te declaratū ē. s̄ nō sufficit so
 la generis in: definitione monstratio. Si enim solus
 animal hominem esse dixeris: non potius hominem
 quam bouem asinumq̄ aut equum definitione depi
 xeris. Prodest igitur etiam differentias adhibere:
 per quas id quod defines a speciebus aliis seiunga
 tur: vt dicas hominem esse animal rationale. Et quo
 niam sub eadem differentia plures frequenter spe
 cies inueniuntur: vt sub rationale de^o atq̄ homo est:
 vtilissimus proprietatis usus est vt id dicas: quod so
 la quam definis species suum propriumq̄ retineat.
 fit ergo huiusmodi hominis definitio. Homo ē ani
 mal: id est genus homo vō species rationale quod diffe
 rentia est. risus capax quod proprium est. Accidentiū
 vō in definitionibus nullus usus est. Prodest ergo
 in definitionibus harum quinq̄ rerum cognitio: vt
 nec ea que sunt vtilia pretermittas: nec ea que nihil
 prestant comoditatis adiungas. In diuisione vō tan
 tum prodest: vt nisi per horum scientiam nulla res re
 cte distribui secariq̄ possit. Nam que generum vel
 specierum recta distributio diuisione erit: vbi ipsarū
 per quas diuiditur rerum nulla scientie cognitione
 dirigimur. Probationum vero veritas in his mari
 me constituta ē: quod per ea q̄ diuidis: id quod diui
 dis: vel quid illud probas. Nam marcus tullius in rhe
 toricorum primo: quoniam diuisionem generum cau
 sarumq̄ rite atq̄ ordinate faciebat: eius rei proba
 tionem ita eē debere per species generaq̄ disposuit:
 cum ait easdem res aliis superponi: aliis supponi pos
 se: eisdem subiectas et superpositas eē nō posse. Nec
 fere de vtilitate ad tempus dicenda credidim^o. Tūc
 fabius demiror inquit cur inchoanti mihi tam sub
 tilius inuētas exercitataq̄ res edideris. S̄ dic que
 so: quod nam hoc tuum fuit consilium. Ego inquā ti
 bi quod assuescendus animus auditoris ex mediocri
 subtilitate imbuendus est: vt euz se se hic primū exer
 cuerit: palestra ingenii quodammodo prius luctatus
 ea que sequentur: quasi sine vilo labore conficiat. S̄
 quid restat dicas licebit et fabi^o. ordinē igit restare ar
 bitror: si bene comemini. At q̄ iq̄. Hic ordo valde i
 scriptiōe cōiunct^o. Si. n. alterut^o nozif abo noueris. or
 do tamen est quod omnes post porphyrius ingrediē
 tes ad logicā hui^o primus libelli tractatores fuerūt
 quod primus hic ad simplicitatem tenuitatis vsq̄
 progressus: quo precedentibus viuandum sit preparat
 Aristoteles enim quoniam dialectice atq̄ apodictice
 discipline volebat posteris ordinē scientiamq̄ con
 tradere. vidit apodicticam dialecticamq̄ vim vno
 syllogismi ordine contineri. Scribit itaq̄ primos re
 solutorios: quos greci analiticos vocant: qui legendi
 essent antequam aliquid dialectice vel apodictice ar
 tis attingerent. In primis enim resolutoriis de syllo
 gismorum ordine complexionemq̄ et figuris tractatur
 Et quoniam syllogismus genus est apodictici et diale
 ctici syllogismi: dialecticaz vō in topicis suis exercuit
 apodicticam

apodicticam in secundis resolutiuis ordinavit: horum disciplina: quam ille in monstrandis syllogisimis ante collegerat: prius etiam in studiis. lectitatur. Itaque prius prius resolutiui quam qui de apodictico syllogismo vel topica que de dialectico syllogismo sunt accipiuntur. Tunc igitur aristoteles dialecticam atque apodicticam scientiam: adunavitque in syllogisimorum resolutiua disputatione. Sed quoniam syllogisimum ex propositionibus constare necesse est. librum peribermenas qui inscribitur de propositionibus annotavit. Omnes vero propositiones ex sermonibus aliquid significantibus componuntur. Itaque liber quem de decem predicamentis scripsit: que apud grecos categorie dicuntur. de primis rerum nominibus significantibusque est. vidit enim aristoteles infinitam miscellam esse rerum omnium verborumque disparilitatem. Et ut eorum ordinem reperiret in decem primis sermonibus prima rerum genera significantibus omne quicquid illud vel rerum. vel sermonum poterit esse collegit. Sed aristoteles hactenus. Speculatus autem porphyrus si categorie genera sunt rerum: rerum vero sermonumque diversitas speciebus: differentiis: propriisque insigniretur: videns etiam quod accidentium in categoriis magna vis esset. Omnes enim res aristoteles in duas primum partes dividit. in accidens atque substantiam. et accidens in novem membra dispergit: dicens. aut substantiam esse quancunq; illam rem aut si accidens esset: quoniam aut qualitas aut quantitas: aut ad aliquid aut ubi: aut quando: aut iacere aut habere. aut facere esse aut pati. Preterea igitur nos porphyrus ad horum verissimam cognitionem hoc de generibus: speciebus: differentiis propriis: accidentibusque tractatu. Sic igitur cum ante apodicticam dialecticamque rem syllogistica prelegantur: ante syllogistica in propositionibus primum labor sit: ante propositiones in categoriis pauci desident: ante categorias in isagogis plurimum laborent: que generibus: speciebus: differentiis: propriis accidentibusque: censentur: ordo est de his ipsis rebus pauca prelibare. Recte igitur et filo linee quodam hic porphyrus liber primus legentibus studiosum pregestator: et quodammodo initiator occurrit. Quod si in hoc quod dictum est sat est: rem etiam de inscriptione cofecim. Quod. n. et alio melius quam introductionis nomine nuncupetur hic liber. Est namque ad categorias aristotelis introitus: et quedam quasi ianua venientes admittit. Tunc fabius Perge queso te et si eius hoc proprium germanumque opus est collige. Hoc inquam indubitatum est. omni bus enim porphyrus libris stilus hic conuenit. Et mos hic porphyrus est: ut in his rebus que sunt obscuris sine: introducenda quedam et pregestada precurrat ut alio quodam libro de categoriis syllogisimis fecit: et de multis item aliis que in philosophia graua illustrataque versantur. Et hoc apud superiores indubitatum est: quibus nos nolle credere incitiam est. Tunc fabius. Restat inquit ut ad quas partes philosophie ducatur intentio edisseras. Et ego dicam tibi. Quoniam categoriis ad propositiones aptantur. syllogisimi de propositionibus componuntur: apodicticus vero vel dialecticus syllogisimi in logice artis disciplina vertuntur. Constat quoque categorias que ad propositiones syllogisimosque pertinent: logice scientie esse conexas. Quare introductio quoque in categorias ad logicam scientiam conuenienter aptabitur. Quoniam ea que predicantur explicui: nunc textus ipsius ratio atque ordo

videatur. Tunc fabius. Primumque explanatio sensus pro cedat id scire desidero: cur cum posset dicere. cur necessarium sit. preposterato ordine cum sit necessarius dixit. Et ego. Quoniam inquam nullum accidens est quod non substantie fundamento nitatur. Porro autem quicquid ad cuiuslibet superiecti firmitate est: id antequam ipsum esset fuisse necesse est: ut enim in domibus nisi prius fundamenta subicias: nulla est vnaquam fabrica: sic nisi prius substantie fundamenta sint. nulla vnaquam accidentia superponentur. oportet enim prius esse aliquid: ut formam qualitatis accipiat. nam necessarium qualitas est. non absurde igitur prius esse posuit: post etiam necessarium id est post substantiam qualitatis nomen aptavit. Hic fabius. Subtilissime inquit et lucide. sed nunc ordo ipse operis textusque videatur.



Am sit necessarius menanti siue ad aristotelis categorias siue ad definitionis disciplinas nosse: quid genus sit: quidue species: quid differentia: quid proprius: quid accidens: et omnino ea que sunt diuisionis: vel que probationis: quorum utilitas est et magna cognitio: breuiter tibi explicare tentabo. Que apud antiquos quidem alte et magnifice questionum genera proposita sunt: ego simplici sermone cum quadam coniectura in res alias ista explicabo me diocriter.

Tunc ego. Prediximus quidem pauca superius: sed vel his quedam addere: vel hec eadem rursus commemorare absurdum esse non arbitror. Totius autem sensus talis est. Scribens ad menantium de utilitate libri: summatis pauca predixit: quo lubricatio animus auditoris exercitatioque ad hec capienda perueniat. Prodesse autem ad aristotelis categorias dicit: quod cum omnem sermonem significantium varietatem diuersa rerum summa diuideret: et in substantias atque accidens omnes res secaret atque dispergeret: accidens in nouem secuit partes: quod superius demonstrauimus: et hec genera generalissima nominauit id est *σενικωτάτα* quod super ista alia genera inueniri non possunt. Igitur si sunt genera: sine speciebus esse non possunt. Si sub his species supponuntur: differentiis non vacabunt. Accidentis vero nouem predicamenta sunt Quocirca non absurdum fuit hinc introductionem in predicamenta componi: ut de generibus: speciebus: differentiis: propriisque tractaret: que in ipsis predicamentis inseparabiliter videntur inserta. Amplius Quod aristotelica subtilitas prius quam ad predicamentorum ordinem veniretur: de equiuocis vniuocisque tractauit: definit vero equiuoca sic. Equiuoca sunt quorum nomen solum commune est. Secundum vero nomen substantie alia ratio est: ut si qua sunt que nomine tantum communicent: substantia vero dissimulent. Vniuoca vero que sub eodem nomine et sub eadem substantia continentur. Omne igitur genus ad species que sunt sub ipso posite: vniuocis predicari potest. Porro autem quicquid ad quolibet res predicatur equiuoce: in his sola differentia est: genus vero speciesque conuertitur. Animal enim et homo vniuocum est. Animal enim animalis nomine dicitur. Porro autem homini nomen etiam conuenit animalis: ut dicitur animal. equo ergo nomine animalis homo et ani

Prime editionis In porphyl. li. i.

mal appellatur. Animalis vero definitio est substantia animata sensibilis. Sed animal genus: homo vero species uniuoce igitur genus et species predicantur equiuoca vero que fuerint: quoniam definitionibus differunt: et eorum quorum definitiones alie sunt: alia est etiam substantia quorum alia substantia est: alia sunt etiam omnino genera: in his iisdem equiuocis constat: quod neque genus neque species possit aptari: ut enim si quis hominem marmoreum et hominem uinum hominis nomine appelleret: idem nomen fecerit substantie differentia uero diffinitioque est dissimilis. Idcirco autem hominis et statue non genus est: sed statue inanimatum: hominis animatum. Quare constat quoniam nunquam sub eisdem generibus continentur quecumque equiuoce predicantur. Quam uim nisi prius de generibus: speciebus: propriis et differentiis noticiam scientiamque perceperis: nullo unquam tempore discernis. Idem aristoteles ait. quod sint prime substantie: quod secunde: et primas substantias dicit esse indiuiduorum corporum et singulorum: ut est cicero aut plato aut socrates. Secundas uero substantias species appellauit: ut est homo uel genera in quibus ipse species continentur. ut est animal. Nec igitur nisi prelibata generis specieque cognitione sciri non possunt. Idem ait substantiam ab alia substantia: in eo quod substantia sit nulla differentia disgregari. Idem substantie proprietates requirit: ut quasi impresso aliquo signo sic proprietate nota: facilius quod substantia sit: inuenire atque exordire possimus. Atque hoc idem in accidentibus fecit. Nam et qualitatis et quantitatis et ad aliquid relationis proprietatem collegit. et idem magna apud Aristotelem cura diligentiaque conspicitur. Clides ne ut sese quinq; harum rerum vis in categorias interferat: et predicamentorum uirtutibus inseparabiliter colligetur. Non mendax igitur porphyrius de hac quinq; harum rerum nobis in categorias uilitate promissit. Definitionis uero disciplinam superius diximus preter genera: species: differentias: et propria non posse tractari. Sed quoniam sunt quedam genera que genus habere non possunt: ut est substantia: et alia que aristoteles in predicamentis constituit. dicat quis ad hec horum cognitionem nihil omnino prodesse: quod non sit in his a genere trabenda definitio in quibus genus inueniri non possit. quod si qua res genus non haberet: species non esset. Hoc ita posito ad generalissimorum generum definitionem nihil genera et species uilitatis habent. Ridicula mehercule atque absurda propositio est. Preter scientiam enim generum specierumque magis genera illa generalissima cognoscere qui potis est: cum hec sola generum specierumque cognitio si amissa sit: nihil de generibus speciebusque cognoscatur. In illis igitur in quibus genus aliud superius inueniri non potest nullus unquam terminus definitionis aptabitur. et in ipsa definitione genera speciesque cessabunt et sole differentie propriaque illius terminum definitionis informant. Cum enim id quod dicitur ab aliis rebus omnibus adiunctis differentis segregaueris: et propriis impressis forma eius figuramque monstraueris: genus quod inuenire non poteris: perquirere non labores. Sed in his species et genera non requiruntur: in quibus quod ipsa generalissima sint genera: genus inueniri non queat. Idcirco autem in his quorum genus est aliquid nisi a genere definitio ducatur: finis eius definitionis uitio-

sa conclusione colligitur. Accidens uero ad definitiones nihil prodesse non dubium est. Definitio enim substantiam informare desiderat. Accidens uero substantiam non designat. Accidens igitur in definitione nihil prodest. Est itaque necessaria generis speciei que cognitio: ut si generalissima non sunt que quisque definiturus est: a genere definitionem trahat. Sin uero generalissima sint: genus querere: quod inuenire non potest: non laboret. eque enim uiciosum est uel in generalissimis genera querere: uel in subalternis generibus a generibus definitionem ducere superferre. Differentie uero et propria uel si magis genera sunt: uel si subalterna: maximam retinet uilitatem. et quoniam ad definitiones que pertinent quedam dicta sunt: pauca etiam de his ipsis rationabilius subtiliusque colligemus. Sit genus animal. sit species homo sit differentia rationale uel mortale. sit proprium risibile. Accidens uero quoniam ad definitiones incommodum est pretermittamus. Quisquis ergo speciem definit: ita genere ab aliis eaz generibus separat ut si quis dicat quid est homo: animal dicat eum. Dicens enim animal separauit hominem ab omnibus generibus quecumque alia non sunt. Si quis uero differentiam dicat: et eam ad speciem accommodat. res sub eisdem generibus per differentias disgregauit. Nam cum dicitur hominem esse animal rationale: cum etiam et bos et equus species animalis sint: additum tamen rationale huiusmodi: ab alijs sub eodem genere speciebus hominis speciem segregauit atque distinxit. Propria uero cum dederis: res que sunt sub eisdem differentijs segregabis. Nam cum dixeris bimbibile uel risibile. Illud est equi proprium: illud hominis. Et cum equus cum bone atque cane sub eadem differentia sit quod irrationabilia sunt omnia: adiectum bimbibile a ceteris equum sub eadem differentia speciebus diuidit. homo uero et deus sub eadem differentia: id est rationali: quod utriusque rationales sunt: quamuis homo et deus adiuncta mortali differentia separentur: proprio tamen risibili quod solus habet homo: naturali substantiaque disiungitur: quod in alijs rebus in quibus nulla species talis differentia separat: melius cognosci potest. Nam cum sub eadem differentia sint irrationabilia: equus: bos: canis. Nec est ulla alia que eos separet differentia substantialis: possunt enim accidentis differentie esse: que eos separent quales sunt formarum. additum proprium bimbibile: equum ab alijs sub eadem differentia speciebus proprietatis ipsius separatione distinxit. Repetendus est igitur a primordio: quod genera in definitionibus ab alijs generibus aliquid separant: differentie ab ipsis speciebus que sub eisdem generibus posite sunt. Propria a speciebus: que sub eisdem differentijs supponuntur. Sed quoniam plene de definitione tractatum est: probationis uel diuisionis uim subtilitatemque tractemus. Sed omnis diuisio duplex est: aut cum totum corpus in diuersa disiungis: aut cum genera per species distribuis. Si quis igitur harum quinq; rerum minus solers. diuisiones rerum facere uoluerit: non est dubium quin eas per inscientiam sepe a speciebus in genera soluat. quod est factum fedissimum: quod hermogore in prima rhetoricorum disputatio uisu uenit. In tales enim erroris nebulas incidit: ut duo genera sub equalis generis parte supponeret. Quod si diuisionis uim ueritatemque uidisset: et disciplinam generum specierumque propriorum et differentiarum suscepisset: nunquam tam

Prime editionis in porphyrii. li. i.

quod tam insulse diuisionis errore tam viuacissime a mar-
co tullio culparetur. In probationibus vero tantus est
huius operis fructus: ut preter hoc nullius unquam rei
possit prouenire probatio. Quid enim monstrare di-
gne queas: cuius differencias nescias: id ipsum quod
le sit scire non possis. Quid autem digne exqueris:
cuius si genus nescias: ex quo id ipsum fonte manet
ignores. Vel quid in probationibus ratione possis
ostendere: cuius speciem si nescias: id ipsum de quo
aliquid probare vis. quid sit non possis agnoscere.
Quid si propria pretermittas: nullas unquam res vale-
bis proprie termino probationis includere. At vero
si non vim accidentinum naturamque perspicias: cum
cuiusque substantiam tractes: inane accidentis nome-
neque in definitionibus probationibusque miscebis. Ita
his rebus cognitis: integra stabilisque diuisionis et defini-
tio permanebit. Incognitis debilis lababit et trunca p-
batio. Hec se igitur porphyrius (non. n. victorinus)
breuiter molliterque promittit exponere. Ille enim vi-
ce introductionisungeretur: si ea nobis a primordio
fundaret: ad que nobis hec tam clara introductio pre-
paratur. Seruat igitur introductionis modum doctis-
sima parcitas disputandi. ut ingredientium viam ad
obscurissimas rerum caligines aliquo quasi doctrine
sue lumine temperaret. Dicit enim apud antiquos
alta et magnifica questione disertata: que ipse nunc
parce breuiterque composuit. Quid autem de his a pri-
scis philosophis disertum sit: breuiter ipse tangit et
preterit. Tum sabinus Quid illud inquit est. Et ego.
Hoc inquam quod ait se omnino pretermittere ge-
nera ipsa et species: utrum vere subsistant: an intel-
ctu solo et mente teneantur: an corporalia ista sint an
incorporalia. Et utrum separata an in ipsis sensibili-
bus iuncta. De his sese quoniam esset disputatio: ta-
cere promissit. Illos autem adhibito moderatioris fre-
no: mediocriter unumquodque tangamus. Eorum er-
go que se transire et pretermittere pollicetur: prima
est questio. utrum genera ipsa et species vere sint an
in solis intellectibus nuda inaniaque fingantur. Que
questio huiusmodi est: Quoniam hominum multi-
formis est animus per sensum qualitatem res sensibiles
subiectas intelligit: et ex his quadam speculatione con-
cepta: viam sibi ad incorporalia intelligenda premu-
nit. Ut cum singulos homines videas eos quoque me
vidisse cognoscas: et quia homines sunt: me intelle-
xisse profitear. Hinc igitur ducta intelligentia: velut
iam sensibilibus cognitione roborata sublimiori sese
intellectu considerationis extollit: et iam speciem ipsam
hominis que sub animali est posita: et singulos homi-
nes continet suspicatur: et illud incorporeum intelligit
cuius ante particulas corporales in singulis hominibus
sciendis et intelligendis assumpserat. Nam hominem
quidem illum specialem: qui nos omnes intra sui no-
minis ambitum coerces non est dicere corporale. quia
pe quem sola mente intelligentiaque concipimus: Hic
ergo animus non solum per sensibilia res incorpora-
les intelligendi est artifer: sed et fingendi sibi atque et metien-
di. Inde enim ex forma eque vel hominis falsas centauro-
rum speciem sibi ipsa intelligentia comparauit. Has
igitur mentis considerationes que a rerum sensu ad
intelligentiam profecte: vel intelliguntur vel arte finguntur san-
talias greci dicunt: a nobis visa poterunt nosari. Ita
ergo nunc de generibus: speciebus: et ceteris querunt
utrum hec vere subsistentia et quodammodo essen-
tia constantiaque intelligantur: ut a corporibus singu-

lis vere atque integre. ductam hominis speciem intel-
ligamus: an certe quadam animi imaginatione fin-
gantur: ut ille boratij versus est. Humano capiti cer-
uicem pictor equinam: iungere si velit. quod neque est
neque esse poterit: sed sola falsa mentis consideratione
pingitur. Minus acute subtilis inquisitio: atque ad re-
maxime profutura. Scienda enim sunt utrum vere
sint: necesse de his disputationem considerationemque
si non sint. Sed si rerum veritatem atque integritatem
perpendas: non est dubium quin vere sint. Nam cum
res omnes que vere sunt: sine his quinque esse non possint.
has ipsas quinque res vere intellectas esse non
dubites. Sunt autem in rebus omnibus conglutinate
et quodammodo coniuncte atque compacte. Cur enim
Aristoteles de primis decem sermonibus genera re-
rum significantibus disputaret: vel eorum differen-
tias propriasque colligeret: et principaliter de accidenti-
bus differeret: nisi hec in rebus intimata et quodam-
modo adunata vidisset. Quod si ita est non est dubium
quin vere sint. et certa animi consideratione tenean-
tur: quod ipsius quoque porphyrii probatur assensu.
nam quasi iam probato et scito quod ita vere subsis-
tant: aliam quoniam inferre non dubitat cum dicit an corpa-
lia ista sint an incorpalia. Que nimis est friuola atque
absurda quod utrumque esse corporalia: nisi prius esse constaret.
Hec quoque non mediocriter utilis inquisitio ita resoluitur
Incorporalia esse que ipsa quidem nullis sensibus ca-
piantur animi tamen qualia sint consideratione clarescunt
Nam quod incorporalium prima natura est: potest res incor-
porea parens esse quodammodo corporee. Corporea
vero incorporeis posse non poterunt. Quod quoniam suba gen-
eris corporale vero et incorpale spiritus sube: corpale non generis
esse hec res declarat: quod substantie id est generi in
corporale supponitur. Quod si corporale esset genus:
numquam sub eo spiritus incorporea poneretur. Aduerte igitur
veherentissime: quam nunquam quicquam a te animaduer-
sum fuit: genus ipsum quoniam spiritus habet: species vero dif-
ferentibus disungantur. et proprietatibus informantur:
quoniam quedam spiritus reperiuntur quoniam contraria sub
generis diuisione contrarias obtinent vices: ut sub
animali mortale atque immortale: et hec quoque contra-
ria. Queritur animal solitario intellectu neque rationa-
le neque irrationale sit: unde hec differentie in specie-
bus nate sint: que in genere ante non fuerant. Quod
si genus. id est animal utrasque res in se habet: ut et rationale
et irrationale sit: et in uno eodemque duo contraria eue-
niunt: quod est impossibile. Attingam igitur breuiter
quoniam: et dicam quod non generis utrumque sit. id est rationale vel irrationa-
le vel quicquam aliud inter se spiritus proprietates diuidunt sed
vi sua et potestate generis hoc continet: ipsi vero nihil horum
est. Ita ergo generis tale est: ut ipsi neque incorpale neque cor-
pale sit: utrumque tamen ex se possit efficere: quod secundo libro
melius liquet. Spiritus vero alias corporalis: alias incorpalis
est. Nam si hominem sub suba ponas: corporalem spiritum
posuisti. Sin deum incorporem. Eodem modo etiam
differentie. Nam si corporales vel incorpales spiritus di-
uidunt: erunt alias incorpales: alio tempore corpo-
rales. Ut si dicas quadrupes ad bipedem: corporalis
differentie est. Sed rationalis ad irrationalem incorpo-
ralis est differentie. Et propria nihilominus eodem mo-
do. Nam quale speciei proprium fuerit: si corporalis
corporali erit proprium: si incorporealis incorporali ven-
dicabit. Et accidens eodem modo. Nam si incorporali-
bus quidem accidit: corporale esse manifestum est: ut in
aio accidens est: scientia incorporealis. s. Corporalibus

Prime editionis In porph. li. i.

Vo q̄ accidunt: corporalia esse manifestus est: vt si qs
 dicat accis me habere capillū crispū Sic igitur ge-
 nus neutrum per seipsum est: sed vtrasq; res ex seipso
 efficere potest differentia: propria: & accidentia: vt ac-
 cepta in contrarias spēs fuerint: p̄de vel corporalia
 v̄l incorpalia vocabūt. S; sūt quibus hoc ip̄s itegrū
 videri possit: & hec solus incorpalia diffiniunt: qui
 sic dicunt non considerari genus in eo qd̄ que res sic
 apte natura constat: sed in eo qd̄ genus sit Itaq; si
 subā genus est: non consideratur in eo quod substan-
 tia est: sed in eo qd̄ sub se spēs habet. Itē si spēs cor-
 poreum & incorporeum est: non in eo quod deus vel
 homo dī considerantur. Eodem mō etiā differentie
 non considerātur in eo qd̄ bipes vel quadrupes sit: s;
 in eo quod est differētia. Nam quadrupes hoc ip̄s
 nulla differentia est nisi sit bipes a quo differat. Ita
 q; non quadrupes vel bipes respicitur: sed id qd̄ me-
 dium est in bipede & quadrupede. i. differētia. Et de
 proprio idem. Nam qd̄ cuiuscunq; est propriū: in eo
 propriū considerat: qd̄ eius cui dī esse propriū. spe-
 ciei solius est. Nam risibilis non in eo propriū homi-
 nis qd̄ risus est: sed in eo quod solus hō potest ridere
 Que manifeste incorpalia esse indubitātū est. De
 inde accidentia p̄inde sunt: qualia fuerint ea quib;
 accidunt: vt superius dictum est. sed hi pbare viden-
 tur hoc ip̄s porphiriū sentētia: que veluti iam pro-
 bato qd̄ incorporea sint ita ait. Et vtrum separata
 an ip̄s sensibilibus iuncta: cū sensibilia aliq̄ corpa-
 lia extitissent: absurdum esset q̄rere vtrū incorpora-
 lia seiuncta eēt a sensibilib; an iuncta: cū sensibilia ipsa
 sint corpea. Talis autē ē qd̄ vt qm̄ qdā incorpales sūt
 res: que oīno corpora non patiunt: ut animus deus.
 Quedam vō que sine corporibus esse nō possunt: vt
 prima post terminos incorpalitas: quedam autem
 que in corporibus sunt: & preter corpora sese esse pa-
 tiuntur: vt aīa. Querit ergo hec q; res ex quo incor-
 poralitates sint genere: vtrūq; eorū que oīno separan-
 tur a corpore: an que a corporibus separari non pos-
 sunt: an que iungant aliquotiens. aliquotiens segre-
 gant. Videt autem qd̄ & segregari: & iungi possint.
 Nam qm̄ corporalū diuisio p̄ genera in spēs fit & eo-
 rū ppria & differētie nomināt: hec scire sensibilia. i.
 corporalia esse non dubiū est. Lū vō de incorpali-
 bus rebus tractatus habet: & p̄ ea ipsa diuidūtur: q̄
 corpore carent: circa incorpalia versantur: Quod si
 hoc est: non est dubium quinq; hec ex eodem esse ge-
 nere: quod & p̄ter corpora separata esse possint: & cor-
 poribus iungi patiunt: sed ita ut si corporibus iuncta
 fuerint inseparabilia a corporib; sint. Si vō incorpo-
 ralib; nūq; ab incorporeis separantur: & vtrasq;
 in se contineant potestates. Nam si corporalibus iun-
 gunt: talia sunt: qualis illa post terminos incorpo-
 ralitas: que nūq; discedit a corpore. Si vō incorpo-
 ralibus talia sunt: qualis est anim; qui nunq; corpori
 copulatur. Nec sese igit̄ tacere porphyrus pollicit;
 breuiter mediocriterq; super his rebus tractare pro-
 mittit: habita in res alias consideratione aut conie-
 ctura: quod simile: est ac si diceret. Qm̄ hec ad predi-
 camenta: & ad definitiones & diuisiones: & ad pro-
 bationes p̄tinent: ideo hec tracturus assumo: & cate-
 nus de his ip̄s generibus quatenus in supradictis
 rebus proficiunt. Non quatenus de his ip̄s generi-
 bus speciebusq; & ceteris queuis tractari possint.
 Sūt. n. illa (vt ip̄e ait) grauioris tractat: quā doctri-
 nā a peripateticis acceptam: idest ab aristotelicis se

seq̄ confessus est. Nam stoici qui de his quo q; rebus
 tractare voluerūt: non omnino a porphyrus susci-
 piuntur: atq; ideo ait se a peripateticis rationes dis-
 putationis accipere. Tunc me fabius it apunctatus
 qd̄ est inquit qd̄ dudum dixerat: cum a te de incorpo-
 ralibus tractaretur: esse quasdam incorpalitas que
 circa corpus semp̄ consisterent: vt sunt prime incorpo-
 ralitas post terminos que est hec incorpalitas:
 aut quos terminos dicit. Non enim intelligo. Et
 ego. longus inquam tractatus est: & nihil nobis
 ad hanc rem quam querimus profuturus. Sed di-
 cam breuiter terminos me dixisse extremitates earū
 que i geometria sunt figurarum. De incorporeitate
 vō que circa terminos cōstat si macrobij teodosij do-
 ctissimi viri primum librum que de somnio scipio-
 nis cōposuit in manibus sumptis: pleni; vberiusq;
 cognosces. Sed nunc ad sequētia transeamus. Tunc
 fabius vt placet inquit simulq; incipit.

De genere.



Idetur enim neq; genus neq; species
 simpliciter appellari. i. vno modo. Be-
 nus namq; dicitur quorundā ad aliquid
 quodammodo se habentium collectio:
 per quā dardanidus dicitur genus. Dicit rursus
 genus vniuscuiusq; natiuitatis principium: aut a
 generante: aut ab eo in quo genitus est.

Cetera inquit fere nota sunt. Tūc ego. Si vim pri-
 aspicias: diuisionē generis diligēter agnosces. Pla-
 cet enim generis nomē cū sibi subiectis equiuoca no-
 minare. Equiuoca vō sunt: que cū noīe vna sint: lon-
 ge diuersa substantie rōe & diffinitionis discreta sūt
 vt si quis hāc verbi gratia statuam veneris appellet
 Longruunt igit̄ venus ipsa & statua veneris vnius
 nuncupatione vocabuli: quod vtriusq; veneris no-
 men est. Si qs vō quid sit vtrūq; definiat: longe aliā
 veneris: aliā lapidis ratiōes definitionēq; cōstituet.
 Speciebus igit̄ illa esse equiuoca: que vno vocabulo
 appellant. definitionibus vō diuersis cōstituant. cla-
 rescet (vt opinor) participatione generis quā porphi-
 rius fecit preuisa. Qd̄ enī qd̄ a genere i species de-
 ducit: vniuocū non equiuocū est. Vniuocū est qd̄ &
 eodē noīe vocari & eadem definitione constitui pōt
 vt est aīal gen; hō vero species. sed idē hō aīal est
 Genus igit̄ & species. i. aīal atq; hō possunt vnius
 aīalis nomine nūcupari: vt vtrūq; aīal vocetur. sed
 eadem definitionibus non discrepent. Nam si defini-
 tionem reddas aīalis: dicas id eē aīal qd̄ est substan-
 tia aīata sensibilis. Quā si definitionē ad hōes ver-
 tas: nō erit absurdū dicere hōem substantiā esse aīa-
 tā atq; sensibile sicut aīal: sicut iam superius dictū est
 Si. n. vniuoca sunt: que vno noīe atq; eadem defini-
 tiōe cōstituant. equiuoca vero que vno nomine sunt:
 & nō sunt vna definitione substantie: qd̄ vniuocū ē:
 vt aīal: gen; ad suas spēs est: i. his genera spēsq; ver-
 sant: qd̄ equocū ē: vt aries (nāq; plura significans
 equiuocū est: sed nō censet participatione generis &
 speciei) nō ē i eis talis p̄ticipatio: vt spēs & generi-
 bus censetur. Que. n. erit i his generis specieiq; co-
 gnitio: in quib; substantie definitio atq; integerrima
 rō disgregatur. Ita ergo porphyrus nomē generis
 in tres diuidit formas: sed vt equoca: non vt vniuocū
 ca. i. vt he forme vno qdem generis nomine cōtineā-
 tur. sui autem p̄rietate disgregata dissentiant. S;
 porphyrus

porphyrius nomen generis hoc modo in tres diuidit ptes: vt dicat vocari semel genus eorum iter se plurimorumque collectione: qui ab vno quocumque nomine generis trahunt: vt romani a romulo trahentes genus: ex eodem genere esse dicuntur. Secundo vero loco dici genus affirmat: vt cuiuscumque rationis principium aut a genere aut a loco in quo quod generatur: ut eneas ab anchi se, et genere dicimus esse troianum Tertium vero generatur dicit illud cui supponitur species. Victorinus vero duo superiora in vnum genus redigit: Nam et multitudinis congruentiam inter se per eandem generis nomenclaturam et quorumcumque a genere lineam et locum in quo quis natus est: vno generis vocabulo et designatione esse declarat: Addit autem ipse quod soli latine lingue congruere possit, dicit enim secundo modo genus dici: vt est genus cause honeste. Que genera causas greci in rhetorica arte genera esse non putant: sed schemata vocant et figuras. Genera autem sola principalia accipiunt: de monstratiuis: deliberatiuis. scilicet et iudicialibus. Que ipsa etiam rhetorice vocantur. species rhetorice: genera vero causarum nos dicimus Tertium vero genus. id est quod porphyrius ponit. id est sub quo differentiis distribute species supponunt. Sed quoniam de tertio genere tractaturus est: victorini culpa. vel si ita contigit emendationem equi bonique faciamus. Nunc ergo ad portam apud victorinum generis significationem reuertamur et eius ut sunt verba enodanda atque expedienda sumamus. Genus namque inquit quorumdam ad aliquid quodammodo se habentium collectio. Nunc ergo nunc monstrauit et cognationem inter se multitudinis et linee ductum: Nam cum dicit genus esse quorumdam collectionem ad se inuicem quodammodo habentium. id est aliquid iter se cognatione iunctorum: et quod addidit: ad aliquid generis lineam significat: quam singuli contingentes et ad vnam sese ipsius generationis applicatione iungentes: plures ex eadem linea iuncti atque cognati sunt: ut sit hic ordo. Genus dicitur quorumdam collectio quodammodo ad aliquem habentium. id est ad alicuius lineam per genus contingentium: vt per collectionem cognationem demonstrat: vt per habitudinem quodammodo ad aliquem colligat: lineam generis ductumque designet. Sequitur ergo et ad id planius lucidiusque significat: cum dicit. Dicitur rursus genus cuiuscumque natiuitatis principium: aut a genere: aut ab eo loco in quo quod generatus est. Id ipsum latius expedit quod superius stricto et sententioso breuitatis vinculo colligauerat. Dicit enim rursus genus dici: aut a genere: aut ab eo loco in quo quod generatur est. Sed rursus particula si ad hoc connectat quod ait aut ab eo in quo quod generatus est: intellectus non titubat: ut sit ordo. Dicitur genus vniuscuiusque natiuitatis principium: aut a genere aut rursus ab eo loco in quo quod generatus est: vel certe erit simplicior expositio si prioris generis significationem. id est quorumdam ad aliquem quodammodo habentium collectionem. Ad solius cognationem multitudinis accipiamus Lineam vero ductum et loci generationem in inferiori significatione distribuit. Ita tamen ut vnam quodammodo generis significationem: et multitudinis cognationem: aut a genere aut a loco natiuitatem significet. Nec enim omnia de sola cuiuslibet nature tractantur. Quare non absurdum est omnia que ad ortum genitale cuiuslibet pertineant: vna significatione generis contineri. Proprie tamen et simplicissime expositionis est quatuor significationes generis constituisse victorinum: ut ad tres porphyrii vnam ipse addiderit generis causas: ut sint hec quatuor significationes multitudinis cognatio. linee ductus. genus cause. genus specierum. Sequitur secunda

lū species est. Nullas enī alias species sub se coeret.
Singuli enim homines non specie sed numero diffe-
runt. Corpus vō quod pridem sub genere posuimus
id est substantia: ad substantiam quidem species: ad
animatum corpus genus accipitur. Animatum autem
corpus ad corpus species est: ad animal genus. Ra-
tionale item animal mortalis genus est: species ani-
malis. Mortale autem genus hoīs est. species rōalis
animalis. hō aut quod sup indiuidua est: nihil de ge-
neris natura sortitus ē: sed tantū sola species appel-
latur. Sed hanc diuisionem sicubi in aliis rebus trās-
ferri ⁊ aptari placet ita cōsiderandū est: vt qcqd fue-
rit: cuius genus inueniri non potest: magis id genus
appellat. Et qcquid cuius nulla species fuerit. i. vt su-
per indiuidua collocetur illaz magis specie esse. Opz
enī si qd genus sit: super differentes specie res poni.

De predicamento substantie



Qd aut magis spes. nō sup spē res differētes ponit: nūq̄ digne gen^o poterit appellari. Ergo qm̄ quēadmodū qd sup^o gen^o sup se gen^o nō bz: magis genus dicit ita spes qm̄ sub se species nō bz s̄ tñ individua merito magis species appellat. Illa aut que i medio posita sunt. nō eiusdē sunt habitudinis: Illa qm̄ spes esse possūt: non sūt magis genera: z qm̄ genera esse

possūt: iccirco nunq̄ magis spes predicatur. Nam illis que supersūt species sunt: illis vero que subsunt loco generis pponūt. Lū igitur due forme sint oīum rerū: aut vt genera pponāt: aut vt species supponātur: sūmitates. i. generalissimū genus. z specialissima species: singulas tñ cōtinēt habitudines. Illud vt tñ genus: nūq̄ species videatur: illud vt sola spes: nūq̄

etiam

etiā genus appelletur. Subalternatio que media sūt
 duas formas habent. i. vtrāsqz. Namqz: vt frequen-
 tius inculcatz est: z generis quodammodo parente-
 lam: z speciei derivationem sortita sunt. Nec hoc for-
 tasse nos turbet: quod species specialissima habz ali-
 quid sub se. Namqz homo cum sit magis species: ha-
 bet sub se singulos homines. Nec enim quāuis indi-
 uiduis superfit: nunqz formas specialitatis imutat.
 Cum enim sub se individua habeat: que contineat: z
 que sub specie vera sint: z nulla substantie propieta-
 te discrepent: species eorum vocatur que continet.
 Ita homo z animalis species dicitur: quia continet
 z hominuz singulorum species est: quia eos continet:
 qui nulla unqz specie discrepabūt. Diffinitio igitur
 magis generis. magisqz specierum talis est. Magis
 genus esse dicitur: quod genus semper sit nunqz spēs
 z quorum superius nullum genus sit. Rursus magis
 species est: quod species semper sit nunqz genus. Et
 iterum que nunqz diuiditur in species: z que ad plu-
 rima numero differentia in eo quod quid sit predica-
 tur. Illa vō alia: ut sepe dictum est: z genera z spēs
 esse possunt: superioribus scilicet inferioribusqz colla-
 ta. Hoc autem attentissime respiciendum est: quod i
 diuersis longe nationibus in eo genere: ubi ex sāgui-
 ne aliqua cognatio deducitur: diuersaruz cognatio-
 nū gens ad unuz caput generis deduci potest. Illāqz
 romāi a romulo sunt: romulus autem a marte mars
 a ioue: poterit gens romanorum ad iouem duci. Itē
 quoniam athenienses a minerua: minerua a ioue po-
 test athenensium gens ad eundem iouem uelut ad
 originem deduci. Item quoniam perse a sole: sol au-
 tem a ioue: possunt perse quoqz ad eundem iouē ue-
 lut ad originem propriā deduci. Ita diuersissime gē-
 tes ad unius cognationem erigi possunt. Quod idēz
 speciebus generibusqz non fit. Nunqz enim diuersa
 genera sub vno genere poterunt accommodari. Aristo-
 teles enim primorum generum predicamenta decem
 constituit: que velut aliquis fons: ita subteriorib⁹ oī-
 bus ortum quodammodo nationemqz profulerint.
 Nec igitur decem predicamenta: quoniam genera
 lissima sunt: z superius eis nullum aliud inueniri ge-
 nus potest: ad vnum genus reduci non poterūt. Qd
 si decem genera prima ad vnum genus reduci nō po-
 terunt: nec vlla que sunt sub eisdem generibus: idēz
 species subalternāqz genera: ad vnum genus aliquā-
 do poterunt applicari. Nam si prima eorum genera
 ad vnum superius duci non possunt: non est dubius:
 quin ea ipsa que sub ipsis sunt: ab vno genere coer-
 ceri contineriqz non patiantur. Nam si substantia: q̄
 litas: z quantitas: z cetera sub alio communi gene-
 re poni non possunt: quod ipsa magis sunt genera:
 nec quicquid substantia fuerit. i. sub eodem genere
 animal vel homo: vel item sub qualitate vel quanti-
 tate: ad aliquid genus commune se poterunt applica-
 re. Nunqz enim inueniri genus poterit: quod hec
 decem genera solitario z proprio intellectu intra se
 possit veluti species cōtinere. At dicat quis. Nec oīa
 decem genera: si vere sunt: subsistentia quodammo-
 do vel entia dici posse. flexus enim hic sermo est ab
 eo quod est esse: z in participii abusione tractum ē p-
 pter angustationem latine lingue compressionemqz.
 Nec igitur vt dictum est entia possunt appellari.
 Et eas hoc ipsum. i. esse genus eorumz fortasse dici vi-
 debitur. sed falso. Namqz omnia que inter se equiuo-
 ce nominantur: nunqz eiusdem continentiaz generis

fortiuntur. Quippe quorum substantia discrepat:
 non est dubium: quin generis quoqz ipsius definitio
 discrepabit. hec autem vt entia nominentur: non vni-
 uoce sed equiuoce predicantur. Nam quoniā substan-
 tia ens est: z item qualitas ens: si quis rationem defi-
 nitionemqz substantie z qualitatis dixerit: eadez na-
 tura vtriusqz non poterit conuenire. Non est dubiū
 quin substantia z qualitas non vniuoce sed equiuoce
 predicentur. Quod si equiuoce predicantur: sub eius-
 dem generis fonte poni non poterunt. Non est igitur
 in generibus speciebusqz aliquid genus solum:
 quod possit diuersa rerum genera coercere. Tūc sa-
 bius. Abundanter hec inquit omnia: z de his ipsis re-
 bus frequentius inculcatum est. Sed perge ad sequē-
 tia. faciam inquā. Nec enim vt arbitroz sequuntur
Ergo decem genera constituit aristoteles in pre-
 dicamentis: que magis genera sunt. At vero ille q̄
 magis species sunt: semper in plurimo quidez nu-
 mero sunt: non tamen in infinito. At vero indivi-
 dua que sub magis specie sunt: infinita sunt semp.
Hoc enī dicere vult qd multo plures species sunt
 quam genera. habet enim genus sub se plurimas spe-
 cies z quoniam decem genera omnium reruz prima
 sūt: species specialissime nō solū decē sūt s̄ plures: nō
 tamen infinite. Individua vō q̄ sub magis speciebus
 sunt: infinita sūt z eorū intelligētia nulla vnqz capi-
 potest. Que enim infinita sunt: nullo scientie termi-
 no concluduntur. Igitur omnis nobis diuisio omni-
 qz scientia: a magis generibus per subalterna gene-
 ra vsqz ad magis species deducatur. Ibi enim confi-
 stentes integram superiorum scientiā accipere possu-
 mus ac retinere. Si quis autem individua uelit sciē-
 tia disciplinaqz comprehendere: frustra laborabit. s̄
 ita iubemur a magis generib⁹ usqz ad magis species
 per interualla media discurrere: ut specificis differē-
 tiis diuidentes subalterna genera usqz ad magis spe-
 cies descendamus. Specificē autem differentie sunt
 que speciem quamcunqz declarant. Declaratur autē
 species differentis hoc modo. Siquis enīz dicat sub-
 stantiam: vt ponat sub substantia corpus. sub corpo-
 re animatum corpus: sub animato corpore animal:
 sub animali rationale animal. Sub animali rationali
 mortale. omnes has species que sunt substantie: cuz
 pro differētiis posuerit: hominis scilicet species infor-
 mabitur. Nam corpus animatum ab inanimato cor-
 pore differentia est. Idēz autem animal ab insensibi-
 libus: z rationale ab irrationale: z mortale ab imor-
 talibus differentie sunt: hec igitur omnia cum iure-
 ris: vnā speciem declarabis. i. hominem. Nam
 cum dicit corpus animatum: animal rationale z mor-
 tale que scilicet differentie in subalterno ordine sibi
 supposite sunt. hominem demonstrasti. Sunt quedā
 alie differentie: que tales sunt: ac si dicas animal rbe-
 toricus: quod solus homo rhetor possit esse. Sed hec
 differentia non perspicax differentia ē z substantiaz
 hominis: naturamqz non perficit sed tantum artem
 quandam scientiāqz cōmendat. Ille igitur in diuisio-
 nibus differentie speciesqz profunt: ex quib⁹ illa que
 dicitur magis species informatur: z hec vocatur spe-
 cifica differentia: que magis speciem possit efficere.
 Ergo cum per hec descensus fuerit ad magis species
 relinquēda sunt sub magis speciebus individua: nec
 eorum est aliqua scientia requirenda. Nam illa non
 solum infinita sunt sed etiam quecumqz in sese conti-

Prime editionis in porphi. li. i.

nuerint infinita sunt: rhetorica enim species est Scuz venerit in singulos hoies: tunc per singulos et in finitos diuisa etiã singula fiet et infinita. Si enim oēs q cunq; sunt vel fuere numerentur rhetores: nullus vnq; huiusce numerationis finis erit: cum presertim etiã per infinita tempora in futurum singuli homines rhetores esse possint. Sic fabius. Hoc igitur inquit erat: quod ait.

¶ Porro autem vel artium vel disciplinarum cuz indiuidua per singulos homines esse ceperint: rationem ad percipiendum capere vel habere omnino non possunt.

¶ Et ego. Hoc inquam est qd cum artes vel discipline: que in sua specie vna añ collecta fuerint: in indiuidua venerint. i. per singulos hoies: in infinitam multitudinem innumerabilēq; sese dispersiunt. hoc autē idcirco euenit. quod hec eadem ratio est: quam porphirius ipse dirigere non neglexit. Genus enim cuz vnū sit plurimarū specierum progenitiuus est. Nam qz sub vno genere plures species inueniuntur. Idcirco quoniam species genus illud vnde profuunt: in plurima segregant atq; dispersiunt. Genus autem plurimas colligit res: sicut ipsum a plurimis iterum speciebus diuidit. Namq; homo coruus et equus: que sunt species: quantum ad animal: equaliter animalia sunt. Ita enim nomen animalis omnes suas species intra se continet. Quod si et in homine animalis nomen est: et in equo: non est dubium quoniã illud genus. quod sub se ipsum ea continet species diuise inter se diuidant multiplicentq;. Colligit igitur genus species in se: species vero genus ipsum suapte natura dispersiunt. Est igitur genus collectiuum specierum suarum. et quodammodo adunatiuum. Species vō diuise generis quodammodo multiplicatiue. Igitur quicq; ad magis genera ascēditioēs specierum multitudinem per genera colligit adunatq;. Cum vō a magis generibus vsq; ad magis species decurritur. omnis vnitas generum superiorū in multitudine ramosaq; species segregabitur. Quod antea ait multitudo capienda. perinde est ac si diceret: multitudo facienda est. nam cum diuidis genus in spēs: easdem species multas esse accipis. quas tu idem fecisti. Species quoq; ab hac generis adunatione ac quodammodo collectione non discrepant: Namq; et ipse infinitatem indiuiduorum ad vnā reuocant formā. Singulorum enim hominum species que est homo: collectiua est: hoc modo. Ad hominis enim speciē cū cti singuli homines vnus homo sunt. i. prima species que nos continet coeretq;. Porro autem ipsa spēs in nos multos scissa diuiditur. Omne enim quod singulum est atq; indiuiduum: illud vnde nascitur diuidit. Omne quod non est singulum atq; non indiuiduum sed diuidi potest: non per seipsum magis diuidit subteriora. quā colligit. His igitur expeditis: constat genus plurimarum specierum esse genus: et species plurima sub se indiuidua coerere: Nam si qua sunt subteriora illa que sunt superiora dispersiunt: et in multitudinem dissipant diuiduntq;. Quare non est dubium quin superiora semper inferiorib; pauciora sint. Idcirco dicamenta vero aliud de alio: vel ad se inuicem que torquentur: hoc modo sunt. omnis enim res aut maior erit: aut minor: aut equa: omne quod est maius: de minore poterit predicari. Min⁹ vō de maiore nō dicitur. Nam quoniam animal est et homo et equus:

ad animal hominem si predicare volueris: tantū hec conuenit predicatio: quantum conuenit animal esse hominem. Age enim: conuerte et dic hoc esse animal quod hominem. Quantum igitur pars est animalis: que hominis speciem cōtineat: tantus animal homo est. In illis autem aliis partibus animalis que aliud cōtinet quā est species hominis: appellatio non conuenit. Nam si dicas animal homo est: quod homo. in illa parte in qua equus est animal et coruus: ista talis predicatio non aptatur. Atq; ideo vniuersaliter non conuertuntur. Nam si dicis omnis homo animal verū est. Si dixeris omne animal homo est: falsum est. qd si maiora de minoribus predicantur: quia omne minus in se continet: et minora de maioribus idcirco non predicantur: quia maiora minoris diffinitionem superuadunt: et quodammodo exuperant: non est dubium quin illa que sunt equalia sibi: possint ipsa conuerti. Equalia autē sunt illa que neq; miora neq; maiora sunt. i. vt si in quamlibet speciem opponantur: et omni illi speciei adsint: nulli et alij: nam omnis homo risibile est: et nulla alia species risibili: potest proprio nuncupari. Atq; ideo quoniam equalia sūt: conuertuntur. Dicis enim quid est homo. Risibile: quid est risibile. homo. et item. quid est binnibile: equus. quid est equus binnibile. Quod si semper maiora de minoribus predicantur: superiora necesse est genera esse: et omnia subalterna minora sunt. Quod si subalterna omnia minora sunt: non est dubium: quin si quis per subdiuisionem descendat ad vltimam speciem: quod cunq; genus de vicinis sibi predicabit etia de subalternis. namq; substantia habet sibi vicinus ad subteriora genus. Ad se vō speciem: quod est corpus. De hoc igitur substantia predicatur. Si quis enim interroget: quid est corpus: dicitur substantia. sub corpore vero est animatum corpus: et sub eo animal. Ergo quoniã substantia idcirco predicatur de corpore: quia illi ē superior: necesse est quibus corp⁹ superius fuerit: eisdē etiã sit substantia superior. Nam si corp⁹ predicatur de animato corpore et de animali: predicabitur et substantia de animato corpore. et de animali. Sic igitur quecunq; superiora fuerit de subterioribus nō solū sibi vicinis: sed etiam longe subteriorib; predicantur. Nam si maiora sunt his que sibi vicine sunt speciebus: multo maiora erunt etiam illis quibus vicine species fuerint ampliores: ergo de quibuscunq; species predicat de ipsis predicabitur et illius speciei genus. Nam si species aliqua alicui maior est: multo genus speciei ipsius illa re qua species maior est: maius erit. Atq; ita ad id predicabitur quemadmodum ipsa species antea predicata est. Quod si ita est: non est dubium quod genus quoq; generis illius quod ad illud ad qd species predicabatur: poterat predicari etiã id quoq; de eo de quo species et genus speciei predicabatur: predicari posse. Nam si quis dicat ciceronem esse hominem cum animal hominis genus sit: non erit absurdum ciceronem animal predicari. et cuz animalis ipsius substantia genus sit non erit inconueniens ciceronem substantiam predicari: quoniam que supersunt de subterioribus predicantur: et que subteriora sunt si qua alia sibi subteriora habeat: illud primum genus habebunt etiam ista subteriora: et de his conuenienter predicabitur. Igitur spēs de indiuiduo predicat vt maius: magis genus vero de oibus subalternis: et de magis specie predicatur. equo enim modo dicitur et corpus substantia: et animatum corpus substantia: et sensibile

sensibile corpus substantia: et rationale animal substantia: et mortale substantia: et homo substantia: et de ipsis etiam magis genus individuis predicatur: ut dictum est: potest enim cicero dici substantia. Species vero sola de nullis aliis nisi de individuis predicatur: ut predicatum est. Individua autem ipsa de nullo alio predicantur nisi de ipsis. i. singulis. Natura autem individuum hoc est: quod proprietates individuum in solis singulis individuis constant: et in nullis alijs transferuntur atque ideo de nullis alijs predicantur. Ciceronis enim proprietates cuiuslibet modi fuerit: neque in catone neque in brutum neque in catullam aliquando conveniet. At vero proprietates hominis que sunt: id quod rationale: mortale: risibile. pluribus et omnibus individuis possunt et singulis convenire. Omnis enim homo et singillatim individuus et rationalis est: et mortalis: et sensibilis: et risibilis. Atque ideo illa quorum proprietates possunt alijs convenire: possunt de alijs predicari. Horum autem quorum proprietates in alijs non conveniunt: nisi ipsis tantum individuis singulariter: de aliquibus alijs preter se singulariter predicari non possunt. Repetendum est igitur: quod omne individuum specie continetur. Species vero ipsa coerces a genere: et unum quasi omnium corpus magis genus est et nunquam pars. Individuum vero pars semper est nunquam est totum. Species autem et pars et totum merito nuncupatur. Nam ad genus pars est: ad individua totum: dividit enim genus (ut dictum est) et individua colligit. Sed species pars est alterius. i. generis. Totum vero non est partis sed partium. Illamque genus et unum est: et plures species unius rei. i. unius generis species pars est. Et quoniam individua plura sunt et infinita sub una specie qua illa individua colligit. Species illa non est unius totum id est non est partis totum: sed plurimorum id est partium: plures enim partes sub ea individuum sunt quarum totum species. i. homo appellatur. Sed de genere et specie sufficienter dictum est. Et quoniam matutine salutationes vocant. in futuras noctis vigiliis quod est reliquum transferamus.

Explicit editionis prime liber primus. Incipit Secundus de Differentia.



Multa nobis a parente natura excelsius quam ceteris animantibus gravia illustrataque concessa sunt. Que nos ita quasi quedam benigna artifex humanitatis excoluit: ut primum nobis reputandi considerandique animos rationemque concederet. post vero ratione reperta proloquendi conferret usus. Sed quia natura nos non corporis sensibus a beluis sed mentis divinitate distare concessit: cum sibi adiunxerit et a sue vivacitate nature non discesserit tunc sicut ipsa est eterni generis: ita quoque famam in posteros vitamque glorie infinitissimis temporibus coequet. Sin vero se pravis libidinibus corporis obnoxia mens perdendam corrupendamque permiserit: naturam corporis sequitur. Illam nihil eius vivacitatis post corpora remanet: cui omnis labor et studium de rebus corporis atque in corpus impensum est. Quare advertendum est: ut nos meliores accuratioresque reddamus: non ea re qua pecudibus nihil distare possimus. Sed quo celestium virtutum similitudine eternitatis gloriam factis egregijs dictisque mereamur. Sed de his alias nunc ad propositum revertar. Cuius igitur alterius noctis consuetudine lucubrati vigiliisque venissent: credo besterne rationis subtilitate captus vel qua ipse est cupi-

ditate discendi audiendique studio vigilantius: quas mihi surrexerat: fabius ad me perit. Qui postquam consalutatus: sequentis a me operis promissam continuationem reposceret. faciam inquam non inuitus: quippe cum nec mihi sit in vita quicquam melius agere: et tu hanc mihi iucunditatem studio tuo augeas: quod mihi perquam gratissimum est. Placuit igitur ut quoniam besterna dissertio speciem explicuerat: alterius expositionis principium de sequenti differentia sumeretur. Hic fabius. Tiberrime inquit a te besternis vigilijs de generibus et speciebus expositum est. Sed (ut dici audio) subtilior differentijs tenuiorque tractatus est non inquam immerito: Nam varie accepte differentie varias habebunt etiam potestates. Erunt namque alias genera: alias species: alias vero differentie. hoc postea demonstrabitur. Nunc vero ita (ut arbitror) textus est:

Omnis differentia et communiter et proprie et magis proprie dicitur

Differentia quoque multis appellari modis designat. Dicit autem tribus his modis fieri differentiam: cum aut communes sunt: aut proprie: aut magis proprie. communes sunt: quibus omnes aut ab alijs differimus. aut a nobis ipsis. nam sedere vel ambulare vel stare differentia est. nam si tu ambules: ego vero sedeam: in situ ipso atque ambulatione differimus. Et item ego cum nunc sedeo: postea vero si ambules: communis a me ipso differentia discrepabo. Proprie vero sunt que uniuscuiusque individui formam aliqua naturali proprietate depingunt: ut si quis sit cecus oculis: vel crispus capillo. Et enim propria uniuscuiusque singuli hominis sunt quoquomodo. ista nascuntur. Magis proprie sunt: que in substantia ipsa permanent: et totam speciem differentie descriptione permittunt: ut est rationalis vel mortalis hominis differentia. Horum autem communes et proprie differentie sub eadem specie singulos a se faciunt discrepare: illa proprijs differentijs: illa communibus. Magis proprie vero totam naturam cuiuslibet speciei substantiamque permittunt: et ab alijs speciebus segregant atque dispergunt. Harum ergo communes et proprie differentie quoniam speciem non permittunt: sed formam quodammodo et habitudinem solam faciunt discrepare: alteratum facere dicuntur. i. non integrum alterum facere. i. non integre permittunt: Sed quodammodo discrepantiam distantiamque ideo non vocantur alterum facientes. i. permittentes. Sed magis alteratum. i. non integrum alterum facientes. Illa vero tertia. i. magis propria. quoniam substantialis est: et ipsius speciei inserta nature: alterum facit. Nam quoniam homo atque equus quantum ad id quod animalia erant: una illis erat substantia: veniens rationale disgregavit omnino speciem: et funditus alteram fecit. Ergo communes et proprie differentie alteratus facientes vocantur. Magis proprie autem alterum facientes. Constant igitur differentiarum alias facere alterum alias alteratum. ille que faciunt alterum: substantiales sunt: et omnes naturam speciemque permittunt: et specificales predicantur: valet enim quilibet speciem constituere: et ab alijs omnibus segregare: et eius formam naturamque componere. Nam si dicas mortale et rationale differentias et eas animali supponas: non est dubium quin cum hominis speciem facias: speciei huius sint perfectrices. atque ideo specificè nominantur: quod et permittunt naturam. et ipsam substantiam cuiuslibet illius

Prime editionis In porphi. li. ii.

speciei constituunt. Ille vero alie nihil aliud efficiunt nisi alteratum quippe cum aut proprietate quadam forme alius distet ab alio: aut aliqua habitudine et dispositione aliquid faciendi. Illa igitur magis propria differentia: quam specificam nominamus: sola poterit in generis diuisione congruere. Et enim cetera nihil ad substantiam: sed ad quandam quodammodo eiusdem similitudinis discrepantiam distantiamque ponuntur. Nihil enim in illis preter alteritates solas reperire queas quippe que non constituunt species sed constitutas etiam et effectas magis proprias suis qualitatibus ipse discriminant. Quod autem dicit.

Repeatingi. nunc a superioribus dicendum est. Differentiarum alias esse separabiles: alias esse inseparabiles.

Hoc est quod hic nunc diuisione alia rursus assumit. Nam cum prius differentiam in tribus partibus separaret: et postea tres illas in duarum tantum numerum quietatemque colligeret: ut alias alterum facientes esse diceret: alias alterantes: ipsarum rursus trium tertiam sumitur facienda diuisione: dicit enim alias esse separabiles alias inseparabiles: et sicut in priore diuisione alteratum facientes due fuerunt communes et proprie. sola vero magis propria remanserat que alterum faciebat eodem nunc etiam modo inseparabilibus et in inseparabilibus communis tantum separabilis alie vero differentie utreeque ut cecitas oculorum vel flaua cecities: vel corporis proprietates: que sunt proprie differentie: vel certe rationabilitas vel mortalitas: que sunt magis proprie differentie: possunt nunquam ab hominis specie segregari. Sedere vero vel currere: que communes sunt separantur a singulis: et item rursus adduntur. Earum vero que sunt inseparabiles: alie per se veniunt: alie vero per accidens. Et ille vero que per se veniunt: a magis propriis manant. Ille que per accidens: a solis propriis effunduntur. Et inseparabile accidens est: quicquid per inseparabilem propriam differentiam unicuique speciei contigerit. Sed quamquam propria et magis propria inseparabiles differentie sunt nunquam tamen illam superiorem formam naturamque commutant. Nam magis propria semper alterum: propria vero solum semper efficit alteratum: Huc accedit quod inseparabiles proprie possunt alicui plus minusve contingere. Inseparabiles magis proprie nec cumulis intentionis augentur: nec in minutione decrescunt. Potest enim alius procerior alius fuscior: deductioribus alius capillis: alius flauioribus nasci: que sunt inseparabiles proprie differentie. At vero magis propria. i. rationale: neque plus neque minus admittit. Omnes enim homines in eo quod homines sunt. equaliter sunt rationales atque mortales: Nam si genus plus minusve esse possit genus: possunt etiam differentie vel intentione crescere. vel remissione decrescere. Nam quoniam animal non est plus homini quam equo neque equo plusquam ceteris: equaliter subiectis omnibus genus est. Sic specierum differentie quas specificas appellamus: magis minusve non capiunt. Nam si animal rationale mortale huius hominis definitio est: et hominum nihilominus singulorum: non est dubium quin hec definitio ad omnes homines singulos equaliter semper aptetur: et nulli neque plus neque minus conueniat: Quod si ita est: partes quoque totius definitionis que sunt differentie tales erunt: ut nulli neque plus neque minus sed equaliter semper et conuenienter aptentur. Partes autem huius definitionis sunt rationale et mortale. Rationale

igitur et mortale: que sunt magis proprie differentie plus minusve non capiunt. Ab hac igitur. i. separabili inseparabiliumque differentiarum diuisione. tribus modis differentias speculamur. Nam aut separabiles sunt: aut inseparabiles. Inseparabilium vero aut per se veniunt aut per accidens. Que per se veniunt alie sunt que genus diuidunt: alie que speciem informant atque constituunt. Sed de superioribus prius dictum est. Nunc autem de his que genus diuidunt: et speciem constituunt differamus: Omnis quecumque sit generum diuisione in species: si earum specierum alia subdivisio fiat: et a magis generibus per subalterna genera usque ad magis species decurratur: gemina in his erit duplex diuisione. Namque si contrarias specierum differentias respicias: generum est diuisione. Si subalternorum generum: sit specierum constitutio: Si enim genus diuidamus. i. substantiam. ut iam speciei dispositione diuisa est: et sit substantia: post substantiam animatum corpus et inanimatum. Sub animato corpore sensibile et insensibile. Sub sensibili. i. animali rationale et irrationale. Sub rationali mortale et immortale. He igitur differentie eodem species sunt: si contra seipsas in diuisione respiciantur: diuidunt genus hoc modo. Nam qui sub substantia animatum corpus et inanimatum posuimus. si animatum corpus contra inanimatum respicias: substantias diuisisti. Si vero subalterna genera in ipsis differentiis aspicias: species constituisisti. Nam si animatum corpus et quod sub ipso est sensibile corpus aspereris: animal respereris. Item si rationale differentiam contra irrationalem differentiam acceperis: genus quod est utrorumque. i. animal diuisisti: Si vero sub eodem ordine rationale differentiam et mortalem accipias: hominis sine dubio speciem demonstrasti. Item he differentie alio modo accepte sunt generis diuisibiles: id est genera diuidentes. Alio vero modo sunt constitutive specierum: id est que species declarent atque constituant. Nam si contrarias differentias respereris: diuides genus. Si vero subalternas: speciem constitues. Differentiarum igitur vis et separabilium et inseparabilium ceteras tres res. i. generum speciem accidentis sic retinet: ut permutata comparatione per hec eadem ipsa et permutetur. Nam rationale et mortale differentias si contra irrationale et immortale respereris: diuisibiles sunt generis differentie. Si vero idem ipsa rationale et mortale ad superiora comparaueris: species erunt eius quod eas continet animalis. Si vero rationale atque mortale ad subiectum hominem consideres: genera eius constitutiuasque differentias contemplabere. At vero de illis aliis inseparabilibus. i. propriis cadunt differentie inseparabilis accidentis. Inseparabile namque est accidens: cecitas oculorum: et nasi curuitas: et alia huiusmodi. Et idem fit de separabilibus accidentibus: id est de communibus. Separabile namque est accidens: vigilare: dormire: et currere: vel sedere: Quod autem dicit sic igitur composita sit super omnia substantia: et sint eius differentie diuisibiles animatum et inanimatum. Contrarias differentias in species monstrat. Quod autem dicit hec differentia animata atque sensibilis sociata substantie perficiet: animal. Constitutiuas specierum differentias monstrat. Sic igitur varijs modis accepte varias varietates formasque sortite sunt. Sed et diuisibiles et constitutive utreeque specificis nominantur: et in diuisionibus generum definitionibusque sole sunt utriusque. Cetera vero inseparabiles per accidens inutiles:

et multo

et multo magis ille sunt inutiles: que separabili differētia discretioneque formate sunt. Has autem específicas differentias: qui de differentiarum diffinitio ne tractauerunt: tales esse declarant quibus species a genere abundant: Quid autem sit: breuiter explanandum est. Controuersia est vtrum genus differentias specierum suarum in se habeat: an minime: vt puta. Animal sub se habet species rationale: et irrationale. i. hominem: verbi gratia et equum: Rationabilitatem igitur et irrationabilitatem. i. hominis vel equi differentias: quibus a se species sub animali posite differunt: vtrum habeat vtrasque animal an non Nam si animal quod genus: est neque rationale est: neque irrationale: species que sub ipso sunt posite istas differentias non habebunt. Nam si genus istas differentias non habebit: vnde erunt speciebus differentie: quibus a seipsis differunt. Sed si quis dicat esse in genere istas differentias (non tantum haberent differentias species nisi prius genus habuisset) aliud maius continet incommodum. Nam quoniam eque sunt species que sub aliquo genere supponuntur: et equaliter homo atque equus sub animali genere ponuntur: neque homo prius est: neque equus: sed vterque equaliter animalis species nominantur. Igitur si rationale atque irrationale equaliter sub eodem genere sunt: erunt etiam vno tempore. Quod si vno tempore et genus istas differentias habet: vt genus suapte natura. i. animal rationale sit et irrationale: non est dubium quod eadem res vno tempore duas contrarietates in se substantia retineat: quod fieri nequit. Quid igitur. Dicendum est quoniam genus actu quidem ipso quod greci energiam vocant. istas differentias non habet. At vero potestate ab his ipsis discretiis. quas in suas species fundit non vacat. Quid autem sit actus et potestas: cautiarius explicandum est. Tantum interest actus a potestate: quantum homo ridens ab eo qui ridere potest non tamen rideat. Ille enim agit ipsam rem: ille tantum potest: non est agit. Sic igitur et animal. Nam quod homo actu ipso rationalis est Semper enim homo rationalis: et nihil aliud est: et equus semper irrationalis: et eius irrationabilitas in actu posita est. At vero ipsum animal rationale vel irrationale non ipsum agit neque est in eorum actu positum: sed in potestate. Prodest enim ex se rationale atque irrationale profunderere. Quare quoniam species actu differentias continent genus vero potestate: species a genere merito differentias abundare dicuntur. Quoniam quod genus potest. i. differentias facere: species non solum possunt: sed etiam agunt. In ipsis enim speciebus posite in formateque sunt. Est autem alia differentie diffinitio talis: que dicat differentias esse que ad plurimas species in eo quod quale sit predicat. Differentia ad res plurimas dici potest: vt rationale dicitur ad hominem homo enim est rationalis: dicitur ad deum. Deus. n. rationalis dicitur: sed non in eo quod quid sit: sed in eo quod quale sit. Nam si qualis homo sit interrogetur rationalis continuo respondetur. Qualis deus sit si interroget: rationale non absurde dixeris. Eodem modo est irrationabilitas. Dicitur enim et ad equum: et ad bouem et ad piscem: et ad auem: que omnium si qualia sint interrogaueris: irrationabilia predicantur. Vnde igitur et recta hec diffinitio. i. differentia est quod ad plurimas res specie distantes in eo quod quale predicatur. Et de mortali vero et de aliis discretiis: eadem est ratio. Sequitur locus perdifficilis: sed transferen-

tis obscuritate victorini magis quas porphirij proponentis: qui huiusmodi est. Dicit enim omnem rem quod cumque est corporea ex materia vel forma consistere. Nam quod si statuam dicas: constat statua ex ere: verbi gratia: et figura illa quam ei suus factor imposuit: et materia: ex quo facta est eris. figura vero id est forma que es ipsum formatum est. Nam si hominem formabis ex ere: erit hominis forma: es vero materia. Eodem modo etiam genus: Namque genus in modo materie accipitur. Differentia vero in modo forme. Et enim quemadmodum quemcumque illa res ex materia et forma consistit: sic etiam omnis species ex genere et differentia. Namque genus ita est hominis: vt est statue es. Differentia vero sic est hominis: vt est forma illa ex qua es effectum est. Namque sicut ex aliqua figura: que ex eris materia effecta est. cuiuscumque illius species statue fit: sic etiam cum in genus. i. in animal venerit differentia. i. rationale: hominis species fingitur. Ista igitur sibi proportionaliter sunt. Proportio autem est cuiuscumque illius rei si milis ad aliquam rem cognatam comparatio. vt puta si duo compares ad quattuor: dupla proportio est. Si vero. xx. ad. xl. eadem dupla. Sub eadem ergo proportione sunt. iiii. ad duo: sub quali. xl. ad. xx. quod vtraque duplex est numerorum comparatio. Sic igitur qualis proportio est: id est comparatio materie et figure: talis est proportio generis et differentie: et ista quattuor sibi proportionaliter sunt. Eodem enim modo ex materia et figura species vniuscuiusque illius animantis inanimantisue formatur: quod victorinus. s. intellexit se minus videtur. Nam quod porphyrius analogon dixit. i. proportionaliter: ille sic accepit quasi analogon diceret. i. irrationale atque ideo in loco vbi habetur scriptus hoc modo: omnes namque res ex forma et materia consistunt: ipsa autem forma irrationabilis est. tollendum est irrationabilis. Et subterius paululum vbi habetur: iam omne genus simile materie est. et consistit irrationabile: tollendum est irrationabile: et ponendum est proportionabile: vt sit et consistat proportione biliter. Nam que proportio est. figure ad materiam efficienda cuiuslibet corporis animati atque inanimati Sequitur item alia diffinitio: que est huiusmodi. Dicunt enim esse differentiam: quod possit separare quod quid sub eodem genere est: et recte dicunt. Nam dum sub eodem genere sit homo atque equus: quod vtrumque est animal: cum venerit rationale vel irrationale: equum atque hominem que sub eodem genere sunt: diuidunt atque discernunt. Sunt igitur ille differentie que possunt res sub eodem genere separare. Est autem alia diffinitio. Differentie sunt quibus quodque ab alio distat. Nam homo atque equus rationali atque irrationali differentia discrepant: cum vnum sint quantum ad genus et hoc est quod dicit. Differentia est qua differunt singula: quia per se ipsum genus est: et illa que rationabilia sunt nos scilicet: et illa que irrationabilia sunt. Namque et homo et equus et avis: hec omnia genus vnum sunt id est animal. Namque animal horum omnium genus est. Sed si de hoc loco in quo positum est: quod per se ipsum genus est: mutet et facias: quia per se ipsa animalia sunt planior sensus erit. Generis enim hic nomine per animalis abusus est: et erit huiusmodi ordo. Differentia est qua differunt singula: que per se ipsa animalia sunt et illa que rationabilia sunt animalia nos scilicet: et illa que irrationabilia sunt. Quod si sic esset: nullus esset error

Prime editionis In porphyl. li. ii.

omnino. Illuc vero genus quod ait: pro animalis nomine intelligendum est. Item dii atque homines cum utriusque rationales sint: mortalis tamen nomine adiecto differunt discrepantes. Sic igitur differentia est qua singula differunt: sed non simpliciter: sed illas tantum differentias huiusmodi esse putandum est: que substantiam prosunt et que ad id quod est quocumque species possit esse aliqua pars quod huiusmodi est. Si equus atque homo quorum utrorumque unum genus est animal: a se differunt rationali atque irrationali qualitate: attamen ista ratiōabilitas et irratiōabilitas est in substantia ipsarum specierum hoc modo. Illa neque equus potest esse sine irratiōabilitate: neque homo sine ratiōabilitate: atque ideo iste differentie prosunt ad aliquid esse speciei accommodate: et substantie ipsius partes sunt. Nam cum homo ex his differentibus constat. id est rationali et mortali: rationale et mortale solum positum pars est substantie hominis. Nam si utraque simul unum hominem faciunt. non est dubium quin ad substantiam hominis efficiendam unaqueque earum pars esse videatur. Quare ille differentie quocumque non prosunt ad esse: neque partes substantie cuiuslibet speciei sunt specificiter dici non habent quāvis sola hoc una species habeat. Nam si homo navigare potest: dici animal navigabile. Sed navigare in substantia hominis non vertitur. Neque enim homo inde subsistit. quia navigat. quāvis hoc nullum aliud animal habere possit. id est nullum possit animal navigare. Eodem modo et esse rhetorem vel grammaticum. Has igitur differentias que ad esse non prosunt sed tantum artem aliquam scientiamque commemorant: non ponimus specificas esse quāvis una quelibet animalis id species habeat. Ergo considerandum est: ut quotiens dicimus definitionem differentie illam differentiam esse: qua differant singula: illam significari differentiam intelligamus: que ad aliquid esse prodest. et que est alicuius pars substantie speciei. Illa vero que ad esse non prosunt in hoc genere differentiarum quāvis singule cuiusque sint non ponamus. Sed quoniam de differentia dictum est: de proprio explicemus. Tunc scilicet. ut arbitror consequens est.

De proprio.

Proprium quattuor dicitur modis. Dicitur namque proprium quod uni speciei accidit. etiam si non omnibus.

Et ego. Quattuor ergo modis propria diuiduntur. Est enim proprium quod uni accidit: et si non omnibus ut est rethor vel geometer: vel grammaticus: Nec vero omnia uni soli speciei. id est homini accidunt: non tamen omnibus. Neque enim omnes homines grammatici vel rhetores vel geometre sunt: atque ideo vocabitur hoc proprium quod uni sit: et si non omnibus. Est item alia proprietas que est omnibus etiam si non soli. Nam bipes omni homini accidit. Omnis enim homo bipes est: non soli hominibus speciei accidit: sed etiam quibus. Est item tertium proprium quod omni soli et aliquo tempore accidit: id est in pubertate pubescere: et in senectute canescere. Namque et omnibus hominibus evenit: et nulli alij speciei nisi soli hominum: et aliquo tempore. constitutum enim tempus est vel adolescentibus pubescendi: vel senescentibus canescendi. Neque enim a. vi. anno vel septimo aliquis pubescit: aut a vicesimo canescit nisi forte aliquid accidit noui. Quartum proprium est: quod uni speciei ac-

cidit: et omnibus sub eadem specie indiuiduis: et omni tempore. Nam risibilem esse hominem: et uni speciei solū. id est homini contingit: et omnibus sub eadem specie indiuiduis. Omnes enim singuli homines risident: et omni tempore. Illudque enim tempus fuit ut quicumque ridere non possit. Sed risibile dico potestate non actu. Namque et si non rideat homo tamen quia ridere potest: risibilis appellatur: Et sunt integre et vere propria ista que et uni et omnibus et omni tempore insunt. Namque hec speciebus suis conuerti possunt. Si enim dicas quid est homo. Risibile. Si quid est risibile interrogas homo predicabis. Illa vero alia bipes: vel grammaticus propria quidem sunt sed conuerti non possunt. Nam grammaticus semper homo: homo vero non semper grammaticus. Et e contrario homo semper bipes est: non e contra bipes semper homo est: Et binnibile similiter magis proprium equi est. Nam eodem modo hec proprietas ad suam speciem conuerti potest. Nam si dicas: quid est equus: binnibilem respondebis. Si quid est binnibile equus predicabitur. Sed quoniam de propriis dictum est de accidentibus sequens tractatus habeatur.

De accidenti.

Accidens est quod infertur et aufertur sine eius in quo est interitu.

Hoc autem dicere videtur: illud esse accidens sine quo potest constare illud cui accidit: ut puta si forte casu aliquo cuiquam facies irruerit: abscedente rubore illesa facies permanebit: sicut eueniente non lesa est. Diuidit ergo accidens in separabile et in inseparabile. Namque separabile accidens est: ut puta si quis sedeat vel ambulet: inseparabile est: ut si dicas cornu nigrum: cignum album. Ad quibus hec accidentia separari non possunt. nascitur autem huiusmodi dubitas: utrum superior definitio vera sit et omnium accidentium nomen includat. Nam quoniam sunt quedam (ut ipse ait) accidentia inseparabilia: in his talis definitio videtur conuenire non posse. Nam si separari non possunt: non in illis est vera definitio: que dicit accidens esse: quod inferri et auferrī potest sine ei in quo est interitu. Nam cum inseparabilia sunt: auferrī non possunt. Sed hec tamen vebemēs questio soluitur sic: quod hec ipsa definitio de accidentibus facta est potestate non actu: et intelligētia non veritate: Illud quod ethiops et coruus colorem amittunt: sed sine isto colore ad intelligentiam nostram possunt subsistere. Nam verū est: quoniam ethiopem aut coruum color niger nunquam deserit. Sed si quis intelligat colorem istum ethiopem vel coruum posse amittere: plumarum tantum color in coruo mutabitur: et erit autem alba specie et forma corui: si quis hoc intelligat. At vero hominis id est ethiopsis amisso nigro colore erit eius species candida: sicut etiam aliorum hominum. Ergo hoc non ideo: quia fiat dicitur: sed ideo quia si posset fieri huius accidentis susceptra substantia non periret. Quod ipse hoc modo demonstrat. Ido tēst autem subintelligi et coruus albus: et ethiops colorem suum perditurus sine interitu suo quo color fuit. Nihil ad speciem impedit si ethiops vel coruus amisso colore in proprie substantie natura permaneat. est autem alia definitio: que est huiusmodi. Accidens est quod contingit alicui et inesse et non inesse. Nam quod in substantiam non vertitur: id accidens esse dicimus: id est non in substantiam insitum: sed extrinsecus veniens. Ergo ea que contingunt et esse et non esse id est accidentia

dētia vocata sunt: quoniam in substantie ratione nō accipiuntur. Si enim in substantie ratione ponerent: nunq̄ non essent: nunquā non esse possent. Nam quoniam verbi gratia ratio in substantia hominis est: nunquam homo esse poterit irrationabilis: quoniam irrationabilitas in substantia hominis nō est. Et hoc ergo venit etiam alia diffinitio: accidens esse illud: quod neq̄ gen⁹ sit: neq̄ species: neq̄ differentia: neq̄ proprium. Nam quoniam genus: species: differentia et propriū: in substantia sunt: cuiuscunq̄ illius rei substantiam monstrant: idcirco quicquid horum aliquid non fuerit id accidēs merito predicabitur. Explicitis igitur atq̄ expeditis his que proposuit. idest genere specie: propriis differentiis: accidentibusq̄ tractare: nunc exequitur illa que inter hec communia omnia vel que differentie sunt.

De communibus generis: differentie: speciei: proprii: accidentisq̄.

Et primo oīum simul inter se cōmuniōnes explicat. Post etiam singulorum proprietates. Et dicit omnium esse cōmune de pluribus predicari. Namq̄ genus predicatur de speciebus et de indiuiduis eodem modo predicatur et differentia de speciebus et de indiuiduis. Etiam proprium et de specie et de indiuiduis predicatur. At vero species de solis tantum indiuiduis appellatur. Genus enim animal predicatur de equis hominibus: bobus: et canibus: idest sp̄ib⁹. p̄dicatur itē et de his q̄ sub ipsis speciebus indiuidua continentur. Nam sicut ipse species canis vel equi vel hominis animalia sunt: sic et vnusquisq̄ equus vel homo animalia predicantur. Differentie vero predicantur de speciebus et de indiuiduis hoc modo. Namq̄ hō et equus species sunt. S; rationalis dicitur ad speciem hominis. differentia p̄dicatur eodem modo et ad ciceronem. Nam cuz i hominis specie indiuiduum sit: et ipse rationalis appellat. Proprium autem de specie predicatur: cum dicitur species quod est homo risibilis: et cum dicitur ciceroribilis: quod est indiuiduum: monstratur proprium de indiuiduis predicari. Species vero de suis tantū solis indiuiduis predicatur. Interrogatur quid est cicerō. Et homo respondetur. Accidens vero ante predicatur de indiuiduis: et postea de speciebus. Nam si quis dicat homo sedet quod est accidens separabile: cum quicumq̄ singulus hominem idest indiuiduū sedere viderit: tūc id et de specie predicatur. vt dicat quoniam cicerō sedet: cicerō autem homo est: homo sedet: eodem modo inseparabile de specie et de indiuiduis predicatur. Expeditis ergo omnium communibus generis et differentie primum communionem differentiasq̄ declarat.

De communibus generis et differentie.

Et primum dicit generi cuz differentia esse commune: quod ab vtriusq̄ species continentur. Nam genus quod est animal: continet speciem hominis atq̄ eq̄. Porro autem rationale quod est differentia continet hominem et deum. Et irrationale qd est differentia: continet equum: et bouem: atq̄ auēs. Sed ita continet. vt genus semper plures species cōtineat q̄ continet differentia. Namq̄ genus et ipas differentias cōtinet. Genus enim idest animal rationale atq̄ irrationale continet: illas species que sūt sub rationali: etiam eas que sunt sub irrationali con-

tinet genus: idest aīal. Et vō differentia. i. rationale irrationale non continet: sed rationale tantum hominem atq̄ deum. Plus igitur genus continet quā differentia. Est autem alia communio. Sed quid enī ad quodlibet genus ita predicatur: vt eius genus sit: et de illis speciebus que sunt sub illo genere ad quod predicatur: illud genus appellatur: et de indiuiduis q̄ sub illis speciebus sunt. Namq̄ animal genus est hominis et de animali predicatur: vt genus substantia. Genus enim substantia animalis est. Ergo illa substantia que ad hominis genus idest animal ita predicatur vt genus predicatur etiam et ad ipsum hominē. Dicitur enim homo substantia. p̄dicatur item illud generis genus etiam de his que sunt sub specie indiuiduis. Dicitur enim cicerō: quod est sub hominis specie indiuiduum substantia. Differentia eodem modo. Nam si qua differentia dicta fuerit de alia differentia: vt differentia intelligatur: predicabit et ad speciem que sub illa differentia est ad quā p̄dicat: et de illis indiuiduis que sub eadē specie sunt. Nam ratione vti ad rationale differentiam veluti cognata differentia predicatur. Rationabile autem predicatur ad hominem. Idem etiam ratione vti predicatur ad ciceronem: quod est indiuiduum sub illa specie: ad quam speciem illa differentia. idest rationalis predicatur: de qua predicabitur vt cognata illa differentia idest ratione vti. Igitur est ista generis differentieq̄ cōmunitas: quod ea que de genere speciei predicantur vt genus: et de sub eodem genere specie predicant: et de indiuiduis: et illa q̄ de differentia predicatur vt differentia: et de sub eadem differentia specie et de indiuiduis. Est autem alia communio: quod quemadmodum interempto genere species interimuntur: et sic interempta differentia species sub eadem differentia interimuntur. Nam si interierit animal: homo atq̄ equus continuo periturus est. Sin vō differentia idest rationale: dii atq̄ homines interibunt: et nihil eorum erit quod, vti ratione possit.

De propriis generis et differentie.

Et demonstrationes igitur communionum proprietates eorum differentiasq̄ designat: et dicit differentiam primam eam: qua genus non solum a differentiis: sed etiam speciebus vel propriis vel accidentibus differat. Nam qd dicit genus multo de pluribus predicari: quam p̄dicatur differentia vel species vel accidens vel proprium. Namq̄ genus dicitur: idest animal de quadrupede: de bipede: reptili: idest de serpēte: vel natatili: idest de pisce. Quadrupes autem quod est a bipede differentia: de solis illis dicitur que quatuor pedes habent: idest equus vel bos. De ceteris autem aliis idest bipede vel reptili vel natatili: vnde genus equaliter predicatur appellari non potest. Plus autem genus a speciebus predicatur: quod cum boīs species sit et de solis indiuiduis predicetur: idem tamen homo de equo vel boue vel cane non predicatur. At vō animal quod est genus: de pluribus speciebus predicatur idest de homine: et de equo: et cane: et boue: et de omnibus que sunt sub ipsis posita indiuiduis. Genus autem a proprio predicationibus habūdat quod proprium vnus speciei semper est de et sub eisdem indiuiduis. Genus vō de multis speciebus et propriis predicatur: et de sub eisdem indiuiduis. Ab accidentibus vero genus magis de pluribus predicat:

Prime editionis In porph. li. ii.

quod cum vnus cigni inseparabile fortasse accidens sit album: animal non solum de cigno predicatur sed etiam de albis omnibus et non albis animalibus. At vero accidens de solis tantum illis quibus inseparabiliter continetur: vel quibus separabiliter. Nam principaliter de indiuiduis dicitur. Quare constat multo de pluribus predicari genus quam accidentia predicantur: quod accidentia principaliter de indiuiduis. Genera vero de indiuiduis et de speciebus et de differentiis predicantur. Sed nunc illas differentias accipiamus quibus genus diuiditur: non quibus species informantur. Hoc autem est. Quoniam duas diximus differentiarum formas: vt alie sint diuisibiles: alie constitutiuæ. Constitutiuas illas diximus: que sub eodem filo posite et sub alternis generibus descendentes speciem quandam reformant atque efficiunt: vt est rationale vel mortale que hominis speciem constituunt. Alias vero diuisibiles: que genus diuidunt non speciem informant: id est rationale et irrationale: mortale et immortale. Illuc de illis differentiis iste tractatus habetur: que genus diuidunt: non que speciem constituunt. Nam ille que genus diuidunt: in differentiarum integro loco accipiuntur. Namque rationale mortalis genus est. Porro mortale hominis genus est: et iste constituunt speciem. At vero rationale irrationalis species non est: neque genus. Nec mortale immortalis neque genus neque species est. Atque ideo quoniam proprias vni differentiarum ista retinent: que neque genera neque species sibi inuicem esse possunt. Ipsas nunc differentias accipiamus: in quibus nulla quantum ad genus est speciemque communitas. Est autem generis differentia. Namque genus a propriis differentiis prius est. Namque si abstuleris genus: omnes simul differentias abstulisti. Namque si abstuleris animal: rationale atque irrationale non remanent. Porro autem si rationale abstuleris: remanet animal. Sed si utraque interimeris differentias. id est rationale vel irrationale. potest tamen quoddam intelligi: quod sit substantia animata sensibilis. id est animal. Ita genus sublatus omnes secum auferet differentias. Sublate differentie genus secum non interimitur. quod intelligentia generis remanet id est quonia; potest animal intelligi preter differentias substantiam animatam atque sensibilem vt eius tantum diffinitiones animo capias et esse dicas. Que autem talia sunt: vt ipsa interempta interimant: non simul alijs interemptis ipsa interimantur priora sunt illis que possunt interimere. Est etiam alia differentia: quod genus semper in eo quod quid sit predicatur: vt dictum est: differentia vero in eo quod quale sit. Sed hoc frequentius inculcatum est: atque ideo id a nobis pretermittendum est. Est autem alia differentia: quod ad omnem speciem vnum semper genus aptatur. Homo enim vnum tantum genus habet: vt animal appelletur. In vnâ autem speciem plurime differentie poterunt commodari. Namque homo et rationale est: que differentia est: et mortale: que eadem differentia est: et sensibile quibus scilicet omnibus ab alijs differt. Differt enim his omnibus quod sensibilis est ab insensibilibus: quod rationalis ab irrationabilibus: quod mortalis ab immortalibus. Est etiam alia differentia que superius dicta est. Nam genus speciei ita est ut materies: differentia vero vt figura. Nam sicut in eris materiem veniens figura statuam efficit: ita animali id est generi veniens differentia id est rationale vel irrationale facit homi-

nis vel pecudis speciem. Que autem communitates vel proprietates generis fuerunt: hactenus dixit et fortasse erunt etiam alie: que propter breuitatem super sedende atque omittende sunt.

De communibus generis et speciei.

Nunc autem de generis vel speciei communibus proprietatibus tractatur: et dicitur genus et species commune habere de pluribus predicari: sicut dictum est. Nam genus et de speciebus pluribus predicatur et earum indiuiduis. Et item species de sub se plurimis indiuiduis appellatur: et hic quoque ille species accipiuntur: que genera non sunt. Nam si subalterne accipiuntur: non magis species quam genera videntur. Nam que subalterne species sunt: etiam genera sunt: et erit absurdum et huic propositioni inconueniens de generum inter se differentiis communibus tractare. Accipiuntur igitur ille tantum species que vere species et magis species appellantur. Est et alia eorum communitas: quod sicut genus a specie prius est: sic species ab indiuiduis prius sunt. Nam si genus auferas: species abstulisti. Si species abstuleris: genera non peribunt. Porro si species abstuleris: indiuidua morientur. Si indiuidua interierint: species manent. Est etiam his alia communitas: quod quemadmodum genus quid sit tantum declarat: sic etiam species. Nam totum quod est rationale atque irrationale: a genere declaratum est. Dicitur enim quicquid fuerit rationale vel irrationale: id esse animal. sic igitur totum quid sit a genere declaratum. Porro autem quid sit tota hominum diuersitas id est indiuiduorum: a sola specie declaratur: cum dicitur homo. Nam et scyta et indus et totum quicquid in indiuiduis est: vno solo hominis id est specie nomine continetur.

De propriis generis et speciei.

Differtis igitur generis speciemque communibus ad proprietates eorum vel differentias transitum fecit dicens: differre inter se genus et species quod genera species continent nunquam rursus genera ab speciebus propriis continentur. Oportet autem (vt dictum est) in hoc tractatu non subalternas sed magis species considerari. Genus enim plurimarum specierum est continens: et vnum omnium: et totum omnibus et singulis. Quod si ita est: et genus a suis speciebus singulis maius est atque ideo eas dicitur continere non est dubium quin ea ipsa genera que continentur species: ab his ipsis contineri non possunt. Insuper omnia genera preiacent: hoc videtur dicere: quod omnia genera prius sint ab his speciebus: que sub ipsis posite continentur. Nam sicuti materies prima est ab illa re: que veniens in materiam formam constituerit atque figurauerit: sic etiam prius est genus ab illa specie: quam veniens differentia formabit atque constituet. Nisi enim in generibus differentia venerit: species nunquam constituetur. Quare preiacent id est presunt: et antiquiora sunt genera speciebus suis. Atque ideo si genera interimantur: species quoque peribunt. Nam si animal sustuleris: hominem pecudemque sustulisti. Si vero species interimantur: non continuo genus interibit. Nam si homo interierit: animal continuo non interemptum est: alia enim remanebit species: de qua ipsum animal id est genus predicatur. Atque ideo genera ab speciebus suis priora dicuntur: et quod omnia genera vniocce de speciebus predicentur: spes ipse de generibus nunquam

nunq̄. Hoc (ut arbitror) in besterna lucubratione iam dictum est. Nam genera semper de speciebus uniuoce predicantur. Homo enim et homo est et animal. Porro autem animal genus est hominis: et predicatur animal de homine. Quoniam ergo animal de homine predicatur: et dicitur homo animal: et animal et homo: vno animalis nomine nuncupatur. Sed his ipsis diffinitio vna conueniet. Est enim animal substantia animata sensibilis: quod non absurdum est in homine dici. Nam si homo animal dicatur: non erit absurdum dici de homine substantia animata sensibilis. Igitur genus de speciebus suis uniuoce predicatur: quod eodem nomine: et eadem diffinitio ne conueniet. At vero species non modo uniuoce non predicantur de generibus suis: sed nec omnino predicantur. Nulla enim res minor de maiore poterit predicari. Atque ideo quoniam species minores sunt suis generibus: neque uniuoce neque aliquo modo poterunt appellari.

Amplius omnia genera abundant complexione sub se positarum specierum: ipse species abundant generum suorum propriis differentiis.

Quod dicit perinde est: ac si diceret. Omne quod genus est: plures sub se species continet: multas sub se species habet. Omnis quidem species plures in se differentias habet: Genus enim id est animal in hoc homine specie superabundat et superest: quod homo solum homo est. Animal vero non solum homo. sed etiam bos vel auis vel alia huiusmodi. Species vero in eo superant genera sua: quod eas differentias quas species in actu habent: eas genera non habent. Nam si cut superius dictum est: genera differentias illas quas habent sub se species possit: potestate continent. Non etiam re. Atque ideo species que est homo: vel alia species: sicut est equus: a genere suo animali in hoc habundant et supersunt: quod animal ipsum pro se neque rationale: neque irrationale est. At vero homo vel equus hoc rationale. Illud vero rationis expers. Illud etiam quod species nunquam magis genus fiet: rursus et genus nunquam magis species fit: et ut sciremus hic non de subalternis speciebus: sed de illis magis speciebus specialissimis tractari. Quid ait. Quod ea que sunt genera magis species fieri nunquam possunt neque magis species aliquando fieri magis genus. Nam species nunquam genus est. Quicquid enim fuerit species genus non erit: neque quicquid fuerit genus species erit. Quare constat in his cum tractatibus de speciebus solis. non etiam de subalternis differere: Subalterne enim possunt esse etiam et genera. Magis species vero (ut ipse ait) nunquam genera esse possunt. Sed postquam de generum specierumque communitatibus differentijs tractatus est habitus: ad genera propria que transgressus est sermo.

De communibus generis et proprii.



Generis et proprii commune hoc est ad herere speciebus et amplectari.

Dicit genera et propria in hoc sibi esse consimilia: quod omne genus a suis speciebus nunquam recedit. Eodem modo et propria. Nam si dixeris homo: cum ipso homine continuo animal nominasti. quod ipsum hominis: id est speciei genus est. At vero etiam si hominem dixeris: eius etiam proprium continuo cum homine nominasti. Omnis enim homo risibilis est. Ita semper genus et propria suis speciebus inserta et quodammodo conglutinata sunt.

Similiter et genus predicatur de speciebus: et proprium de his que sui participantia sunt: et equaliter inquit omnes species eidem generi supponuntur: et ad eas genus illud appellatur. Sic propria ad ea predicantur: que sui participari possunt. Namque equaliter genus de homine dicitur: et equo: et boue: et ceteris animantibus: quemadmodum et risibile. id est proprium de hortensio dicitur: et cecerone: et de singulis indiuiduis que sub eadem specie continentur: ad quam speciem proprium. id est risibile poterit predicari. Namque genus de suis speciebus (ut dictum est) uniuoce predicatur: Ita et proprium de ea specie cuius est proprium uniuoce predicatur. Namque et homo est et risibile. Porro autem si quis dicat hominem esse animal rationale et mortale: et dixerit risibile esse animal rationale et mortale: non errabit. Equaliter igitur et genus de speciebus suis: et propria de ea specie cuius sunt propria uniuoce predicantur.

De propriis generis et proprii.



Differt autem utrumque quod genus primum et secundum est proprium. Genus enim si ab specie primum est: proprium autem vni tantum speciei adheret: et eidem equale est: non est dubium quin genus quod specie maius sit: in proprio etiam speciei maius sit. Namque ut sit risibile: animal prius est. Namque ut aliqua species informetur propriis et differentiis primo erit genus: vbi illa conueniant: sicut frequentius inculcatum est: Accedit etiam quod genus de pluribus speciebus predicatur. Namque genus id est animal de pluribus: at vero proprium. id est risibile de sola tantum hominis specie predicatur. Unde fit: ut semper propria de speciebus suis conuersis predicari possint: species autem de genere nunquam. Neque enim quod animal est: homo est: neque omne quod animal est: risibile est. Porro test enim esse et equus et binnibile id quod animal nominatur. Porro autem omne quod est homo: id risibile est: et omne quod risibile est: id homo est. Possunt autem propria et species sibi ipsa conuerti: et conuersim ad se inuicem predicari: Preterea omni speciei quicquid fuerit proprium: et omni et soli est. Namque risibile et omnibus hominibus est: et solius hominis speciei euenit. At vero animal quod genus est: et si vni speciei inest: non tamen soli. Namque animal omni homini inest: non soli tamen homini: quia inest etiam pecudi: et ceteris animantibus. Oportet autem hic illa propria intelligere: que magis propria sunt: id est que itegre propria nominantur: que sunt huiusmodi: ut et vni speciei et omnibus insunt. Differunt ergo in hoc quoque genera et propria: quod propria et vni speciei et omnibus indiuiduis in eadem specie sunt. Genera vero omnibus quidem indiuiduis in eadem specie sunt sub eodem genere. Non tamen vni soli speciei: quoniam genus semper de pluribus predicatur. Unde fit: ut sublata propria non auferant genus. Sublatis vero generibus ipsa quoque propria auferantur. Nam si sustuleris risibile proprium: remanet binnibile: remanet natatile. Si vero genus sustuleris: simul quoque species sustulisti. Si species sustuleris: propria etiam que sunt speciebus simul iteribunt. Itaque si sublatis generibus propria sustuleris: sublatis propriis: si quid generis non auferunt.



De communibus generis et accidentis. **D**eractis igitur generum propriorumque differentijs: ad generum accidentiumque communitates vel proprietates transitum se-

Prime editionis In porph. li. ii.

et: et unam eorum predicat communitatem que est: quod de pluribus predicatur: Namque sicut genus de pluribus speciebus predicatur. ita etiam accidens separabile vel inseparabile de pluribus speciebus predicatur. Dicitur enim et de coruo et de homine et hiope nigrum: et de equo et homine moueri: quod illud inseparabile accidens: illud vero separabile: Et quoniam longius a se distat: ideo unam eorum solam communitatem dicit: et alias si quod forte centum quere supersedit.

Quid inter genus et accidens sit.

Differunt autem genus ab accidenti: quod genus ante species est. Accidentia vero speciebus inferiora sunt.

Semper genera super species: et his preiacere et esse maiora superius demonstratum est. Namque prius est animal ab homine: atque ideo consumptum animal: species quoque consumit. Consumpte species non interinunt genera. At vero accidens postea necesse est ut sit: quod sunt ipse species: Erit enim prius aliquid: cui possit accidere. Omne enim accidens preter illud cui accidit esse non potest. Atque id prius erit aliqua res ubi accidat: quam est ipsum accidens. Necesse est igitur ut omne accidens post species inueniatur: et magis post individua quibus principaliter possit accidere. Huc accedit quod generis participatio equaliter participant: sicut omne genus speciebus suis equaliter genus est: ut sepius dictum est: et species omnes equaliter suo generi participant. Namque equus et homo equaliter animalia sunt: neque equus homine plus: neque homo plus equo. At vero accidentia non equaliter participant. Nam cum separabile accidens sit moueri: possunt alie inter se species eidem accidenti eodem modo. Est enim ut aliquis nigrioribus oculis sit: et alius quamuis nigris tamen purpureis: atque ideo et intentionem et remissionem recipit accidens. Nam et candidus quod dicitur: et minus et minus dicitur et alia huiusmodi. Quare distat hec duo: quod genere quod participant: equaliter participant: accidentia fortasse non equaliter. Huc accedit quod genera non modo ante individua: sed ante species sunt Accidentia vero non modo post species: sed etiam post individua sunt. Ipsi enim principaliter accidunt: ut dictum est. Est etiam differentia: que iam superius dicta est. nam genus in eo quod quid sit predicatur. Accidentes vero in eo quod quale sit: aut quomodo se habeat nam si quod sit socrates interrogas: homo atque animal respondetur. si vero qualis sit: fortasse calidus: aut finis: quod a accidentia sunt inseparabilia. Sin vero quomodo se habeat: aut iacet respondetur: aut sedet aut quid aliud facies contigerit. Ergo quoniam ad speciem generis et differentiam ad proprium et accidens diuisa substantia est. Hunc vero posteriora persequitur. Sunt autem omnes differentie viginti. Nam cum quinque res sint: et unaqueque ipsarum ab aliis quattuor distet: et item quattuor differentias habeat: quinquies quaterni viginti differentie efficiuntur: nam si genus differt ab specie: proprio: differentia: accidenti: quattuor differentie sunt. Sin vero species differt a genere: proprio: differentia: accidenti: item alie quattuor. Que iuncte cum superioribus. viii. sunt. Et si differentia distat ab specie: proprio: genere: accidenti: alie quattuor super crescunt. Que iuncte cum. viii. prioribus. xii. faciunt. At vero si proprium differt a genere: specie: differentia: et accidenti: alie quattuor differentijs super duo decim positis: omnes. xvi. differentie sunt. Quod si

accidentis quoque differentias ad quattuor reliqua dixeris: quattuor super. xvi. crescentibus. xx. omnes differentie perficiuntur. Quarum ita. xx. sunt ut ad sufficientem doctrine cumulum. et tantum differentie numerentur. nam quod dictum est genus differre a differentia specie: proprio: et accidenti: quattuor fuere differentie. Si autem differentiam dicamus differentia: specie: proprio: et accidenti: superuacuum est differentie cum genere differentiam commemorare: cum iam prius commemorauerimus quando generis ad differentiam differentiam diximus huiusmodi enim (ut opinor) differt differentia a genere: quibus differebat genus a differentia. Ita reliquenda est hec differentia: qua distat differentia a genere: quoniam superius iam dicta est cum diceretur quod genus distaret a differentia. Remanent igitur tres differentie: quibus ipsa differentia ab specie: proprio: accidenti distat: et cum superiores generis ad alia quattuor differentie fuerint: nunc vero differentie ad alia: tres distantie videantur: septem distantie sunt. At vero species quid a genere distet iam tunc dictum est: cum dicebatur quod genus distet a specie. Quid autem differentia discreparet: tunc demonstratum est: cum diceremus in quo differentia a specie discernetur. Remanent igitur due differentie speciei. i. a proprio et accidenti differentie: que iuncte cum superioribus. vii. viii. differentias efficiunt. Restat igitur una propria et accidentis differentia: quod dicatur. nam quid a genere distet dictum est: cum quod genus distaret a proprio diceretur. Porro quid a specie distaret dudum dicebatur: cum quid species a proprio differret enumerabatur. Porro autem quid a differentia: etiam id dictum est: cum a proprio differentia separaretur. Sed nunc quemadmodum differentia a specie: proprio accidentique discernatur: videamus.

De communibus differentie et speciei.

St communitas differentie et speciei quod equaliter species sub se individua esse permittit et equaliter individua speciei ipsa participant namque omnes homines equaliter homines sunt et hominis participatione eque participant eodem modo et differentia. namque omnes homines equaliter rationales sunt: et rationabilitatem que est differentia: omnes qui ratione participant eque participant. Est etiam alia communitas: quod quemadmodum species nunquam deserit ea quorum species est et quibus superest: sic et differentia nunquam ea deserit que distat ab alijs facit. namque socrates quoniam sub specie hominis est nunquam ab hominis specie deseritur. Semper enim socrates homo est. At vero differentia socratem: quoniam socrates rationalis est. nunquam deserit. Semper enim socrates rationale animal est.

De proprijs differentie et speciei.

Differunt autem inter se species et differentia: quod differentia semper in eo quod quale sit predicatur. Nam que animal sit: ut rationale respondetur. Nam dicitur quid sit socrates: ut homo respondetur. Namque hominis qualitas rationale est: sed non simpliciter. Illa enim qualitas pro differentia accipitur: que veniens in genere speciem constituit: et de qualitate substantiali facta est substantialis et specifica differentia. Ita igitur talis qualitas differentia nominatur: et ea in eo quod quale sit ad hominem predicatur. hoc et est in eorum differentijs. Namque differentia in pluribus speciebus consideratur. Differentia enim quadrupes in bovis: et in equi: et in canis specie est. et differentia rationalis in bovis

lis hominis et dei: Species vero nunquam alijs nisi solis sub se positus individuus preest. Illudque non alia res homo est: nisi quod est individuus: ut socrates: et plato: et cicero. Unde fit ut sublata differentia: species quoque tollatur. Nam si sustuleris rationale: hominem sustuleris. Sin vero sustuleris species: differentia manet. Nam si sustuleris hominem rationalis dei differentia remanebit. Est vero etiam hec differentia quod differentia cum alia differentia iungi potest: ut aliqua ex his species informet. Illaque rationalis differentia et mortalis differentia hominis iuncte unius species rediderunt. Iuncte vero species nunquam aliqua ex se speciem constituent. Si enim iungas hominem boui: nulla ex his species informabit. Sed fortasse dicat aliquis asini atque equi coniunctioe mulus nascitur. sed non ita est. Illaque individui coniunctioe natum est aliquid individuus. Si autem sic simpliciter speciem ipsam asini atque equi coniungas: nulla ex his unquam species constituit. Neque enim sic se possunt individua commiscere: ut circo est species individuum: in alterutra substantia transeunt: atque ideo constat iunctas species unam speciem non posse componere cum differentie iuncte unius speciei constitutive sint: hisque transactis ad differentie et proprii communia veniamus.

De comibus differentie et proprii.

Differentia et proprium commune habent: quod quibus differentia est et a quibus ipsa differentia participatur: equaliter participat. Nam rationalis differentia quoniam inest hominibus: et omnes homines rationabili differentia participant: non est dubium quod omnes homines equaliter sint rationales: atque equaliter rationabilitate participant. At vero proprium quod risibile est equaliter omnibus hominibus est. omnes enim homines equaliter risibiles sunt. Est etiam hec eorum communitas: quod sicut potestate risibile dicitur etiam si non rideat: ita etiam potestate bipes dicitur: etiam si quis uno pede minuatur: non enim quod dicitur: sed quod esse possit. nam quoniam ille ridere potest risibilis nominatur: quod ille duos pedes habere possit bipes. Atque ideo nunquam ab illis in quibus sederint: proprium differentiaque discedunt. Semper enim homo risibilis est etiam si non rideat. Semper bipes: etiam si uno pede minuatur. In his enim differentiis et propriis (ut dictum est) quod potestate esse possit: non quod vere sit considerat.

De propriis eorumdem.

Differunt autem inter se quod differentia de pluribus speciebus predicatur: proprium vero de una. Illaque differentia que est mortalis predicatur de homine: et de boue: et equo et ceteris animantibus. et rationale predicatur de deo: et de homine. At vero risibile de sola tantum specie hominis predicatur. Unde euenit: ut omnis differentia quam plurimarum continens est specierum: a suis speciebus maior sit. Atque ideo ipsa de speciebus predicari potest. Porro autem de ipsa specie predicari non possunt: neque conuersim dici potest. Nam quoniam homo dicitur rationalis non contradicitur quod rationale est: id homo est. Potest enim esse etiam non homo sed deus. At vero proprium: quoniam equaliter et ad unam speciem semper aptatur: equa vice atque appellatione conuertitur. Quibus pertractatis ad differentiam et accessus transgressa disputatio est.

De communibus differentie et accidentis

Differentia et accidens eodem habent de pluribus predicari. Illaque differentia dicitur de homine et de deo: quoniam utriusque rationales sunt. Et accidens dicitur de homine et de equo: ut bo-

mo ethiops niger: et equus niger. Est etiam alia communio quod inseparabile accidens cuiusque speciei fuerit inseparabiliter et omnibus inest ut differentia. Nam quod inseparabile est accidens quod est nigrum: coruo inseparabiliter accidit: et omnibus coruis. Eodem modo est differentia. Nam quoniam accidit homini ut bipes sit semper et omnibus hominibus est esse bipes.

De propriis eorumdem.

Differunt autem inter se: quod omnis differentia species continet. Non contra ipsa a speciebus continetur. Nam si differentia plures sub se species habet: ut dictum est: maior erit sub se positus speciebus. Si maior erit: nunquam ea quelibet species continet. Maior enim a minori nunquam continetur. Nam quod est rationale: continet hominem et deum. Homo vero rationale non continet. Accidentia vero aliquoties continentur: aliquoties continentur. Illaque continentur quoniam frequenter unum accidens duas sub se species habet: ut nigrum habet ethiopes: habet coruum. Continetur vero quoniam species una habet duo vel tria vel quodlibet plurima accidentia. Si quis enim glaucus vel crispus vel candidus vel procerus: hec omnia accidentia ille unus cui accesserunt complectitur et continet. Atque ideo species illa que illud individuus continet: quod individuus plura in se accidentia suscipit: accidentis illius complexum est. Deinde differentia nunquam intendit: neque relaxat. Quod dicit hoc est rationale in unaquaque specie: neque plus neque minus est. Nullus enim homo: alio homine ad substantiam plus rationalis est neque minus. At vero accidens et intenditur et relaxatur. Deinde enim quicunque procerior: dicitur qui cuiusque velocior: dicitur quicunque crispior: que omnia accidentia esse non dubium est. Preterea immixte semper sunt contrarie differentie. Immixte autem immiscibiles. que mixceri non possunt. Neque enim rationale cum irrationabili misceri potest: neque in una specie conuenire. At vero contraria accidentia manifestum est in una specie posse congruere. Potest enim quicunque homo cum ipse sit candidus: nigrum tamen capillos habere. Ergo quemadmodum species differat a genere vel differentia: dictum est: cum de generis ad speciem: vel differentie ad speciem constantia diceremus.

De communibus speciei et proprii.

Nunc dicemus id quod reliquum est de specie propriisque communibus. Et est una eorum comio: quod de se ipsa inuicem predicantur. Nam quoniam eque si bi sunt: neque species hominis alij proprio conuenit nisi risibili: neque risibile alij conuenit speciei nisi homini: atque ideo dicitur quid est homo: quod risibile. Quid risibile. Quod homo. Commune est etiam illud: quod omne proprium equaliter ad sub se posita predicatur. Illaque omnes homines equaliter risibiles sunt: et species equaliter ad sub se posita predicatur. Illaque omnes homines individui equaliter uno nomine homines nuncupantur.

De propriis eorumdem

Differunt a se: quoniam species potest etiam genus alteri esse proprium esse non potest. Sed hic illa species intelligitur: que subalterna est: non illa que magis species est: et genus esse nunquam potest. Atque ideo nos illam modo solam: que subalterna species est intelligitur: que si poterit esse et genus. Illaque mortale rationale generis species est: hominis genus est. At vero risibile de nulla unquam specie alia poterit predicari: neque alij esse proprium: sicut est hominis. Illa enim semper (ut dictum est) propria sunt que nulli alij nisi ad unam speciem semper aptantur: Deinde species prece-

Prime editionis In porphi. li. ii.

dit: et sic proprium sequitur. Quod dicit tale est omnis species ut habeat proprium: primo eam esse et consistere necesse est. Oportet enim prius hominem esse ut sit risibilis: non prius esse risibile ut sit homo. Nam quoniam proprium dicitur: per se proprium non consistat: nisi alicuius speciei sit. Atque id proprium esse necesse est illi cui est proprium quia sit proprium. Hinc accedit quod species semper in opere intelligitur cuiuscumque subiecti. Species enim semper in actu est: non solum propria potestate. Hinc enim reuera et opere et actu homo est. id est. nunquam poterit esse non homo. At vero risibile quod est proprium potestate tantum dicitur: etiam si actu non sit. Ideo testis enim quilibet ille non ridere: tamen quia ridere potest: risibile nominatur. Distans igitur in hoc quod semper species in actu est et in opere: proprium vero aliquotiens potestate: deinde quorum definitiones diuerse sunt: necessario etiam ipsa quoque diuersa sunt. Quis diffinitio substantiam diffinit. Ergo si qua eiusdem substantie fuerit: eadem est diffinitio monstratur. Si qua eiusdem diffinitionis fuerint: eadem forma predicantur. At vero si qua diffinitionibus differant: differunt etiam substantiis. Que substantiis differunt longe a seipsis alia sunt. Hinc igitur quoniam diffinitiones proprii et speciei differunt: species ipsa quoque et proprium a se differunt. Est autem speciei diffinitio sub genere esse et ad plurimum numero differentia in eo quod quid sit predicari. At vero proprii unum tantum inesse speciei et sub ipsa de omnibus indiuiduis predicari. Sed quoniam et diffinitiones differunt: ipsa quoque species a proprio distabit.

De communibus speciei et accidentis.

Rostet hec ad communis speciei et accidentis disputatio transulit: et dicit eorum raras alias esse communitates: nisi has solas quod de pluribus predicantur. Longe enim a se distare videtur: in substantia sui et in potestate patiendi atque faciendi id quod alicui rei accidit: et id cui accidit. Namque illud cui accidit: quasi quoddam accidentis subiectum est. Illud vero quod accidit propter id cui accidit: esse in sui substantia non potest.

De propriis eorum.

Ropria vero singulorum sunt hec: quod species in eo quod quod sit predicat: accens vero in eo quod quod sit et quodammodo se habet. Nam si quis dicat: quod socrates est: homo dicitur. Si quis dicat quod sit: caluus vel sinus appellatur. Si quis vero quod se habet: sedens aut iacens appellabitur. Item in hoc differunt quod vnaqueque substantia vnam speciem habet. Namque hominis substantia vnam solam hominis speciem habet. Substantia vero equi vnam solam equi speciem habet. At vero vna substantia plura frequenter accidentia continebit. Nam et in eodem equo quedam pars frequenter nigra quedam alba est. Et est in eo proceritas: est altitudo. est aequinum caput: et alia huiusmodi. Habet etiam non solum inseparabile accidens eadem substantia sed etiam separabile. Nam fortasse quidam velox est et idem etiam corpore validus est. idem etiam sagitator et cetera. Hinc accedit quod species prenoscentur. id est. intelliguntur: hoc est. ante esse prenoscentur quasi accidentia. Et proprium erit aliquid res vbi accidat: quasi illa que accidit idque ante species intelligitur esse quam accens. Accens vero postea sunt a foris venientia et extranea: a qualibet illa substantia etiam si inseparabilia sunt: Hinc quoque est eorum separatio: quod semper omnia que participant specie: equaliter participant. Equaliter enim et socrates et cicero et plato homines sunt. At vero illa que participant accidenti: etiam si inseparabile accidens sit: tamen non equa-

liter participant. Nam quoniam inseparabile sit accens ethiopes nigros esse: tamen est aliquid inter ipsos nigrior: nec omnes illa nigredine equaliter participant.

De communibus proprii et accidentis.

Relinquitur igitur de communibus proprii et accidentis tractare. Nam proprium quid distaret vel a specie vel a genere vel a differentia: superius demonstratum est. Proprium autem et inseparabile accens eodem habent: quod sine his nunquam consistunt: ea que eorum participant: et in quibus ipsa considerantur. Nam neque homo amittit risibile esse: nec ethiops: aut coruus nigrus. Atque id sine his ipsis. id est. propriis et accidentibus: que eorum participant: consistere non possunt. Ille forte contra superioris diffinitionem accens venire videatur ista communio. Est enim ita diffinitum. Accens est quod inserit et auferit sine eius in quo est insertum. Quod nunc dici videtur sine his constare non posse: cum superius sine eorum insertum posse diceretur auferri. Sed hoc modo dicitur: non quod si auferatur hoc accidens inseparabile: intereat illud cui accidit: sed quoniam separari non potest: ideo circo sine his constare non possit. Est etiam inseparabile accidentis: et proprii alia communio: quod sicut et omni et semper inest proprium: cui inest id est homini (semper enim et omnis homo risibilis est) Sic etiam quodlibet accidens inseparabile. et semper et omni est accidens inseparabile. Namque et omnis coruus: et semper niger est. Sola autem inseparabilibus accidentibus illa commo est: quod quemadmodum de multis indiuiduis proprium predicatur: ita etiam accens de multis indiuiduis potest predicari. Plures etiam currunt plures etiam ambulant: que. scilicet. accidentia separabilia sunt quemadmodum plures possunt esse risibiles.

De propriis eorum.

Differunt autem ista: quod proprium semper unum speciei inest: accidens vero et pluribus. Nam accens pluribus speciebus et animatis et inanimatis euenit: ut est ebano nigrum: coruo nigrum: homini ethiopi nigrum. Risibile vero nulli: nisi soli homini. Atque ideo conuersum proprium predicatur quia vni speciei continens est: et illi speciei soli equaliter est. At vero accens conuersum predicari non potest: quod plures sub se species habet. Illud enim potest dicere id esse nigrum: quod ebenum: cuius dicas hoc esse ebenum quod nigrum. Ideo testis enim esse nigrum: et non esse ebenum. Deinde omne proprium equaliter se his rebus que sub se fuerit dat et ab his equaliter participant. Socrates enim et cicero et virgilius equaliter et risibili participant: et equaliter risibiles sunt. At vero accidens non semper equaliter est accidens. Potest enim quicumque esse procerior: et alius esse velocior. Quod scilicet illud separabile est accidens: illud inseparabile. Et fortasse alie eorum quedam proprietates vel communionis esse videantur. Sed nunc quantum introductioni satis est: ista sufficiant. Sed iam tibi mihi fabi omnia quecumque ad introductionem porphyrii pertinent: plenius vberiusque tractata sunt. Post vero siquid vniquam me egueris: studiis presertim tuis: que nulla vniquam honestate caruerunt: libens animo hortatorque ad eandem cupiditates parebo. Hinc fabi. Tu inquit paterno hec mihi animo pelliceris. verum ego nunquam deficiam ab his studiis te presertim docente: a quo totam fortasse logicam aristotelis. si vita suppetit capiam disciplinam. Et ego faciam inquam libentissime. Sed quoniam iam matutinus (ut ait petronius) sol tectis arripit: surgamus et siquid est: illud diligentius postea consideratione tractabimus.

finis.

CAnicij